Habet sane suos scopulos verecundia nō quos ipsa inuehit sed quos sepe maurit. Sed ne in intemperantium incidam⁹ consortia· qui sub specie iocūditatis venenū infundūt bonis· hij si assidui sunt· a maxime in cōuiuio· ludo ac ioco eneruant grauitatem illam virilem. Caueam⁹ itaq; nedū relaxare animū volum⁹· soluam⁹ omnem armoniā· quasi contentum quendā bonorum opez. Vius enim cito inflectit naturā· vnde prudenter factis conuenire ecclesiasticis· a maxime ministrorum officijs arbitror dēclinare extraneorum conuiuia· & vt ipsi hospitales sitis peregrinantibus vel vt ea cauc̄one nullus sit obprobrio locus. Conuiuia quippe extraneorum occupac̄ones habent· cū etiam epulandi prodūt cupiditatem subrepūt etiam fabule frequenter· de seculo ac voluptatibus. Claudere aures nō potes· prohibē putatur superbie. Subrepūt etiam preter voluntatem pocula. Melio⁹ est tue domui semel excuses q̄ aliene frequēter. Erut ipē sobrio⁹ fugas· tū exaliena insolētia dēmpnari nō dz pūtia tua vidua ac v̄ginū domos· ñ visitādi grā iuniores adire nō ē op⁹. Et hoc cū seniorib⁹. hoc est cū preterieris· vel si grauior ē causa cū epō· qd nece est vt dem⁹ secularib⁹ obtrectādi locū· qd op⁹ est vt ille q̄ visitac̄ois crebrie accipiāt auctoritatē



Rs si aliqua illaꝝ forte labiē cur aliēi lapsus
fuleas mūdiam. Quā multos ētiā fortes illece
bra dēpit. Quanti non dēerunt erroi locū et
dēerunt fuspicioi. Cur non illa tempa quib⁹
ab eccīa vacas lectioi impendas. Cur nō cri
ftum reuifas xp̄m alloquaris xp̄m audias. Il
lum alloquimur cū oramus illū audim⁹ cū di
uina legim⁹ oracula. Quid nobis cum aliēis
domibus vna eft domus que oīs capit. Illi
potius ad nos veniant qui nos requirunt qd
nobis cum fabulis. Miniſterium altatib⁹ xp̄i
non obſequium hoīmib⁹ deferendū ēcepim⁹
humiles dēet eē mites dēet manſuetos gr̄ues
pacientes modū tenere in omnibus vt nullū
vicīū eē i moibz vel tacit⁹ vult l' p̄mo ānūciēt

Cautela a q̄liter ēprimaē iracūdia Capi. xx.

Caueatur iracundia aut ſi precauci non
poteſt cohibeatur. Mala enim illex pec
catī indignacō eſt. Rue ita animū pturbat vt rationi non relinquat locum primū eſt
igitur ſi fieri poteſt vt morū tranquillitas vſu
quodam a affectione xpoſitum in naturā ver
tat. deinde quoniā ita plerūqz motus infixus
eſt nature ac moibus vt euelli atqz euitari nō
queat ſi prouideri potuerit racōne reprimatur.
Aut ſi prius occupatus fuerit animus ab indi
gnacōe q̄ conſilio proſpici ac prouidi potuerit

ne occuparetur. meditare quomodo motum animi tui vincas iracundiam temperes. Resiste ire si potes. cede si non potes. quia scriptum est date locum ire. Jacob fratri indignanti pie cessit. et rebecce id est patientie instructus consilio. abesse maluit a peregrinari q̄p excitare fratris indignacōnem. a tunc redire cum fratrem mitigatum putaret. Et ideo tantam apud deum inuenit graciam. Quibus deinde obsequijs. quantis muneribus fratrem ipsum reconciliauit sibi. vt ille prerepte benedictōis non memi nisset. sed delate satisfactionis. Ergo si preuenerit et occupauerit mentem tuam iracundia. et ascenderit in te. non ēlinquas locum tuum. Locus tuus pacientia est locus tuus est racō. Sapientia est locus tuus. locꝰ tuus sedacō indignationis est. Aut si te contumatia respondentis mouerit a peruersitas impulerit ad indignacō nem. si non potueris mitigare mētem. reprime linguam tuam. Sic enim scriptum est. Cohibe linguam tuam a malo. a labia tua ne loquāntur dolum. Deinde Inquire pacem et sequere eā pacem illam Jacob sancti vide quantam. primum sedato animum si non preualueris. frenos lingue impone tue. Deinde reconciliacōis studium non pretermittas. Hec oratores seculi de nostris vsurpata in suis posuere libris



Ille sensus huiꝰ habet gratiam qui prior dixit vitemus ergo aut tpemꝰ iracundiam ne sit eius aut in laudibus exceptō. aut in vicijs exaggeratō. Non mediocre est mitigare iracūdiam non inferius ꝙ ommino non commoueri. Hoc nostrum est nature illud demiqꝫ cōmocōnes in pueris innocue sunt. que plus habent gracie ꝙ amaritudinis. Et si cito pueri inter se mouenē facile sedantur. et maiore suauitate in se recurrunt. Nesciunt se subdole artificioseqꝫ tractare Nolite hos contempnere pueros de quibꝰ dñs ait. Nisi cōuersi fueritis. a efficiamini sicut puer iste non intrabitis in regnum celoꝝ. Itaqꝫ a ipse dñs hoc est dei virtus. sicut puer cum maledicereē. non remaledixit. cum patrētur non repercussit. Ita ergo te compara vt quasi puer iniuriam nō teneas. maliciam non exerceas. Omia a te innocenter proficiscanē. Non cōsideres q̄d ab alijs in te reuertatur. locum tuum serua. simplicitatem a puritatem tui pectoris custodi. Noli respondē irato ad iracundiā eius. siue imprudenti ad imprudentiā eiꝰ. Cito culpā culpa excutit. Si lapides teras nōne ignis erumpit. ferūt gentiles vt in maius omnia verbis extollēsolent. Architte tarentini dictum philosophi qđ ad villicum suum dixerit. O te infelicem ꝙ afflictarē nisi iratꝰ essem. Sed iam dauid a armatā

derteram in indignationem compresserat. Et quanto plus est non remaledicere. q̄p non vindicare. et bellatores aduersum nabal ad vltionem paratos abigail deprecacōne reuocauerat Vnde aduertimus tempestiuis quoq; interressionibus. non solum cedere nos. sed etiam delectari oportere. Eousq; autem delectatus est vt benedicēret interuenientem quo ab studio vindicte reuocatus foret. Jam dixerat de inimicis suis. quoniam dedimauerūt in me iniquitatem et in ira molesti erant michi. Audiamus turbatus in ira quid dixerit. Quis dabit michi pēnas sicut columbe. et volabo et requiescam. Illi ad iracundiam ꝓuocabant hic eligebat tranquillitatē. Jam dixerat Jrascimini a nolite peccare. Moralis magister. qui naturalem affectū inflectendum magis ratione doctrine q̄p exstirpandum nouerat moralia docet. Hoc est Jrascimini vbi culpa est. cui irasci debeatis. Non potest enim fieri. vt non rerum indignitate moueamur. Alioquin non virtus. sed lentitudo aut emissio iudicatur. Jrascimi ergo ita vt a culpa abstineatis. Vel sic. Si irascimini nolite peccare sed vincite racōne iracundiam. Vel certe sic Si irascimini. vobis irascimi. quia cōmoti estis et non peccabitis. Qui autem enim sibi irascitur quia cito commotus est desinit irasci alteri.

Qui autem vult iram suam iustam probaē plꝰ
inflammatur. & cito in culpam cadit. Melior au
tem est secundum salomonem qui iracundiā
continet q̄ qui vrbē capit. quia irā etiam fortes
dcepit.

De animi racōe Capitu. ic.

CAuere igitur debemꝰ. ne in perturbacōes
prius incidamus q̄ animos nostros ra
tio componat. Examinat enim mentem
plerumq; aut ira aut dolor. aut formido mortis
et improuiso pcellit ictu. Ideo puenire pulchrū
est cogitacōne que voluēdo mentem exerceat.
ne repentinis exciteur cōmocōibꝰ. sed iugo q̄
dam racōnis & habenis astricta miteſcat. Sunt
autem gemini motus. hoc est cogitacōnum et
appetitus. Alteri cogitacōnum alteri appetitus
non confusi sed discreti & dispares. Cogitatio
nes verum exquirē. et quasi emolere muneris
habent. appetitus ad aliquid agendum impel
litatq; excitat. Itaq; ipso genere nature sue. &
cogitacōnes tranquillitatem sedationis infun
dunt. & appetitus motum agendi executr. Ita er
go informati sumus. vt bonaꝝ rerū subeat ani
mo cogitatio. appetitus racōni obtemperet. Si
vere vt illud decorum custodiaꝰ aim volumꝰ in
tendere. ne racōnem excludat rei alicuiꝰ affectꝰ
ꝑ racō q̄d honestati nocuiat examinet.

De loquēdo mō & ioco & sono vocis Capi. ıʌ.

Et quoniã ad cõseruacõem decoris spectare dixim⁹. vt sciam⁹ in factis dictisue quí modus. prior autem ordo loquẽdi ꝙ faciendi est. Sermo in duo diuiditur. In colloquium familiare et in tractatum disceptacõem qz fidei. atqz iustitie. In vtroqz seruandũ ne sit aliqua pturbacõ. sed tanꝙ mitis a placidus et benuolẽtie plenus a gracie. sine vlla sermo ducatur cõtumelia. Absit ptinax in familiari ꝓmone contentio. Questiones enim excitare magis manes ꝙ vtilitatis aliquid afferre solet disceptacõ sine ira. suauitas sine amaritudine fit. monicio sine asperitate. hortacõ sine offensione. Et sicut in omni actu vite id cauere debem⁹. ne racõnem nimius animi mot⁹ excludat. ꝫ teneam⁹ consilij locum. ira etiam in sermone formulam animi teneri conuenit. ne aut ira excitetur aut odium. aut cupiditatis nostre. aut ignauie aliqua exprimam⁹ indicia. Fit igitur sermo hmõi de scripturis maxime. Quid enim nos magis oportet loqui. de conuersatione optima. ad oracõne obseruacõnis disciplíne custodia habeat caput ei⁹ racõem a finis modum. Sermo enim tediosus iram excitat. Qua vero indecorum. vt cũ ois fabulatio habẽ soleat incremẽtum gracie habeat nemi offensiois. Tractatus quoqz de doctrina fidei de magisteio cõtinentis

de disceptacõe iustitie. de hortatione diligentie. non vnus semp sed vt se dederit lectio nobis et arripiendus est. a prout possum⁹ prosequẽd⁹ Neq; nimium plixus neq; cito interruptus ne vel fastidium derelinquat vel desidiam prodat atq; inuriam. Oracõ pura simplex dilucida atq; manifesta plena grauitatis et ponderis. Nõ affectata elegantia. sed non intermissa gracia. Multa ꝑterea de racõne dicendi dant precepta seculares viri. que nobis pretereũda arbitror vt de iocandi disciplina. Nam licet interdũ honesta ioca ac suauia sint. tñ ab ecclesiastica abhorrent regula. Quoniã que in scripturis non ẽ pim⁹ ea quẽadmodũ vsurpare possumus. Cauendum est etiam in fabulis ne inflectant grauitatem seueriorꝭ ꝓpositi. Ve vobis q̃ ridetis quia flebitis dñs ait. a nos ridendi materiã req̃rim⁹. vt hic ridentes illic fleamus. Non solum profusos. sed omnes etiã iocos declinãdos arbitror. Nisi forte plenum grauitatis a gratie ꝓmonem esse non indecorum est. Nam de vꝭ quid loquar q̃ꝑ simplicem a puram esse satis arbitror Canoram autem esse nature est. nõ industrie Sit sane distincta pnũciacõnis modo. et plena suci virilis. vt agrestem ac subrusticũ fugiat sonũ. Non vt richymũ affectet scemicũ. ꝫ mysticũ ꝓfuet. Quid vite actõm ꝯgruat Capi. 18.

De racōne dicendi dictū puto. Nunc de actione vite quid cōgruat consideremus Tria autē in hoc genere spectanda ēr nim⁹ vnum vt racōni appetitus non reluctetur Hoc enim solummodo possunt officia nostra illi decoro conuenire. Si enim appetit⁹ racōi obediat. facile id quod deceat in omnib⁹ officijs cōseruari pōt. Deinde ne maiore studio q̄ res ipa est que suscipitur. vel minore aut paruam magno ambitu suscepisse. aut magnā inferiore destituisse videamur. Terciū de moracōne studiorum. operumq; nostroz. de ordine quoq; rez a de oportunitate temporū non dissimulandū puto. Sed primū illud quasi fundamentū est oim vt appetitus racōni pareat. secundū a terciū idē est. hoc est in vtroq; moderacō. Vacat enim apud nos specie liberalis que pulchritudo habetur et dignitatis cōtemplatio Sequitur de ordine rerū a de oportunitate tpm. ac p hoc tria fūt Que videa⁹ vtz in aliq̄ scōz ofummata possi⁹ docere.

¶ Exemplū patz sāctoz de p̄dictis vite actōib⁹ Capi. 19.

Primū igitur ipse pater abrahā qui ad magisteriū fu tuē successiois informat⁹ a instruct⁹ est iussus exiē de tra sua a de cognatione sua a de domo patris sui. nonne multiplicitate necessitudinis prestrictus. affectu tamen appetitum racōi

obedientem prebuit. Quē enim terre siue cognā cōmis. domus quoq; ꝓpria gracia non delectat Et hunc ergo mulcebat suorum suauitas. sed imperij celestis a ēmuneracōnis eterne consideratio monebat amplius. Nonne considerabat vxorem imbecillā ad labores. teneram ad iniurias. decoram ad incentiuam insolentium. sine summo non posse duci piculo. Et tamen subire omnia q̄ excusare. cōsultius dijudicauit. demde cum descenderet in egiptum monuit vt diceret se sororem esse nō vxorem ipius. Aduerte quā ti appetitus. Timebat vxoris pudori. timebat ꝓprie saluti. suspectas habebat egiptiorum libidines. a tamē ꝑualuit apud eum ratio ex equē de deuocōnis. Considerauit enim q̄ dei fauore vbiq; tutus esse posset. Offenso aūt dño etiā domi non posset illesus manere. Vicit igitur appetitum racō a obedientem sibi prestitit. Capto nepote non pterritus neq; tot ēgum turbatus populis bellum repecijt. victoria potitus prede partem. cuius ipse fuit auctor recusauit. Promisso quoq; sibi filio cum consideraret emortui corporis sui vires deposit as. sterilitatem coniugis a suprema senectutem etiā contra vsum nature deo credidit. Aduerte cōuenire omia. Appetitus non defuit. sed repressus est. Animus eē lis grēdis. q nec magna ꝓ vilib⁹. nec minora

pro magnis ducæret. Moderacõ pro negocijs. ordo rerum. oportunitas tpm. mensura verborũ fide primus a iustitia precipuus. in prelio strenuus. in victoria non auarꝰ. domi hospitalꝭ vxori sedulus. Sanctũ quoq; eius nepotem iacob delectabat domi securũ degere. sed mater voluit peregrinari. vt daret fraterne ire iacundie locum vicit appetitum cõsilij salubritas. exul domo p fugus parentib9. vbiq; tamẽ conuenientem mẽsuram negocijs tenuit. a tpibus oportunitatem reseruauit. Acceptus domi parẽtibus. vt alter matuitate puocatus obsequij bñdictõnem daret. alter amore pio ꝑpenderet. fraterno quoq; iudicio prelatus. cum cibũ suum fratri cedendũ putasset. delectabatur vtiq; alimento sedm naturã. sed sedm pietatem cessit petito. pastor dño gregis fidus. socero gener sedulꝰ. in labore impiger in conuiuio parcꝰ. in satisfactõne piꝰus i remuneracõne largꝰ. demq; sic fraternã mitigauit iracundiã. vt cuiꝰ verebatur. inimicias adipisceretur gratiam. Quid de Joseph loquar qui vtiq; habebat cupiditatem libertatis et fu scepit seruicij necessitatem. Quã subditus i seruitutem. ꝙ in virtute constans. ꝙ benignus in carcere sapiẽs in interpretacõne. in ptate moderatꝰ. in vbtate ꝓuidꝰ. in fame iustꝰ. ordinẽ laudis. rebus adiungens. et oportunitatẽ reperib9

equitatem populis·officiq; fui moderacõne dispẽ sans.·Job quoq; iuxta·sedis atq; aduersis ẽbz irreprehensibiℓ patiens·gratꝰ deo atq; acceptꝰ verabatur doloribꝰ·sed se cõsolabatur.·Dauid etiam fortis in bello·patiens in aduersis·in ihe rusalem pacificus·in victoria mansuetus·in pec cato dolens·in senectute prouidus·rerũ modos vices temporum p singulaq; sonos seruauit eta tum vt michi videatur·nõ min9 uiuẽdi genere q̃ cauẽdi suauitate predulcis immortalem deo sui fudisse meritꝰ cantilenam.·Quod hijs viris virtutum principalium officium defuit.·

¶ De·q.·virtutibq; idest prudẽtia·iusticia·fortitu dine·temperãcia·Capi·20.

1 Varũ primo loco constituerunt prudẽtiam quem vi ri inuestigacõe versatur a scientie ple nioris infundit cupiditatem.·Secdo iusticiã que suum cuiq; tribuit.·Alienũ non vendicat·vtili tatem ꝓpriam negligit·vt cõem equitatẽ custo diat.·Tercio fortitudinem·que a ꝑ ẽbꝰ bellicis excelsi animi magnitudine a domi eminet corpo risq; prestat viribꝰ.·Quarto temperantia·que modum ordinemq; seruat ommiũ·que vel agẽ da vel dicenda arbitramur.·Hec fortitan aliqs dicat primo loco poni oportuisse·qm̃ ab hijs q̃ tuor virtutibꝰ nascũtur officiorũ genera.·Sz hoc artius est vt primo officiũ definiat̃ postea cetera

in genera diuidat. Nos aũt artẽ fugiẽ exẽpla maiorũ ꝓponim⁹. que neq; obscuritatẽ afferũt ad intelligẽdũ neq; ad tr̃ctãdũ vtilitas. Sit igitur nob vita maior⁹ disciplinę speculũ. nõ calli dictatis cõmẽtariũ imitandi reuerentia. nõ disputandi astucia. Aut igiẽ in sancto Abrahã primo loco prudẽtia de quo dicit scriptura credidit abr̃hã deo. & ꝑputatũ ẽ ei ad iusticiã. Nemo enim prudẽs. q̃ dñm nescit. Demq; insipiẽs dixit qꝫ nõ est deus. Nã sapiens nõ dicẽt. Quõ enim sapiens qui non requirit auctorẽ suum. qui dicit lapidi pater meꝰ es tu. qui dicit diabolo mamichæus auctor meus es tu. Quõ sapiens vt arrianus qui mauult imperfectum auctorem habere atq; degenerẽ. ꝙ verũ atq; pfectum. Quõ sapiens vt marcion atq; eunomius qui malũt dñm malum ꝙ bonum habere. Quomodo sapiens qui deũ suũ nõ timet. Initium enim sapientię timor dñi. Et alibi habes. Sapientes nõ declinant de ore domini. sed tractant in confessionibus suis. Simul quoq; dicendo scriptura reputatum est ei ad iusticiam. alterius virtutis ei gratiam detulit. primi igitur nostri diffimilẽ prudentiam in veri ꝙsistere cognitione. Quis enim illorum ante abraham dauid. salomonẽ demde iusticiam spectaẽ ad societatẽ gẽris humani. demq; dauid ait dispsit dedit paupib⁹



Justicia eius manet in eternum. iustus miserē
tur. iustus cōmodat. Sapiēti a iusto totus mū
dus diuiciarū est iust⁹ cōia p fuis hz. fua p co
mumib⁹. iust⁹ seipsum pri⁹ q̄ alios accusat. Il
le ei iust⁹ q̄ nec sibi pcāt. a occulta sua latere nō
patiē vide q̄ iust⁹ abrahā. fuscēperat i senectute
filiū p ēpromissionē. ēposcenti deo negandū ad
sacrificiū q̄uis vnicū nō putauit. Aduerte hic
oēs virtutes q̄tuor i vno facto. fuit sapiētie deo
credē. nec filij grāz āteferre auctois p̄cepto. fuit
iustīe acceptū redde. fuit fortitudis appetitū
racōe cohibere. Ducebat hostiā pater. interro
gabat filius. tēptabaē affect⁹ patrius ꝫ nō vim
ebatur. Repetebat filius appellacōnem pater
nam compungepat paterna viscera. ꝫ non mi
nuebat deuocōnem. Accēdit et quarta virtus
tēperantia. Tenebat iustus a pietatis modū
a execucōnis ordinē. Demiq; dū sacrificio neces
saria vehit. dum ignem adolet. dū filium ligaē
dum gladiū educit. hoc immolandi ordine me
ruit vt filium reseruaret. Quid sapientius sco
iacob. qui deum vidit facie ad faciem a benedi
cōem meruit. Quid iustius qui ea que acquisi
erat oblatis muneribz cū fr̄e diuisit Quid fo
tius qui cum deo luctatus est. Quid modestius
eo qui modestiam ita a locis et tēporib⁹ defere
bat vt filie iniuriam mallet p̄terire cōiugio q̄

vindicare. eo q̄ inter alienos positus. amori p̄
tius consulendū. q̄ odia colligenda cēsebat.
Noe q̄ sapiēs qui tantā fabricauit archā. Quā
iustus qui ad semen oim reseruatus. sol⁹ ex oi
bus a p̄terite generacōnis supstes est fact⁹. et
auctor future. mundo post⁹ a vniuersis magis
q̄ sibi natus. Quā fortis vt diluuium vincēret.
Quā temperans vt diluuiū tolleret. Qñ intro
iret qua moderacōne degeret qñ coruum qñ co
lūbam dimittēt. quādo recaperet reuertētes qñ
exeundi oportunitatē captaēt agnoscēt.

Qđ decor sit sapiēter a i veritate oia putare

Capitu. vi.

Taq; tractatu im veri im
uestigacōe tenendū illud decorū vt sum
mo studio requiram quid verū sit. non
falsa p veris ducē. non obscuris vera imoluē
nō supfluis. vel implexis atq; ābiguis occupa
re aīm. Quid tā indecorū. q̄ venerari ligna qđ
ipi faciūt. Quid tā obscurū q̄ de astronomia a
geometria tractaē. q̄ pbant. a profundi aeris
spacia metiri cēlum quoq; a mare numeris in
ducē reliquē cās salutis erroris queriē. An il
le erudit⁹ i oi sapiētia egyptior moyses pba
uit ista S; illā sapiaz detrimētū a stulticiā indi
cauit. a aduersus ab eo. intimo domini quesiuit
affectu. Idcoq; vidit. interrogauit. audiuit loqñ
tē. Quis magis sapiēs q̄ ille quē amauit deus.

Qui omnem egiptioꝝ sapientiã omnesq; artiũ
potentias operis sui virtute euacuauit. Nõ hic
incognita ꝓ cognitis habebat. his q; temere as
sentiebat. Que duo in hoc maxime naturali at
q; honesto loco vitãda dicant. qui sibi nec con
tra natu ram esse. nec turpe iudicãt. saxa adora
re. et a simulachris auxilium petere que nichil
sentiant. Quanto igitur excelsior est virtus sa
pientia. tanto magis emitendũ arbitror vt asse
qui eã possim?

De imãrẽdo sciẽtiã verã

Capitu. 22.

Taq; ne quid contra na
turam. ne quid turpe atq; indecorum sentiam?
duo hec id est tẽpus et diligentiam. ad conside
racõnem rerũ examinandi gracia cõferre debẽ?
Nichil est enim magis. quo homo ceteris ani
mantib? prestet. ꝙ ꝙ racõnis est ꝑceps. Cau
sas rerum requirit generis sui auctorẽ inuesti
gandum putat i cui? potestate vite necisq; no
stre potestas sit. qui mundũ hunc suo nutu re
gat. cui sciam? racõnem eẽ reddendam nostro
rum actuũ. Nichil est enim qđ magis ꝓficiat
ad vitam honestam. ꝙ vt credam? eũ iudicem
futurũ. quẽ a occulta non fallant. a indecora of
fendant a honesta delectant. Omnib? igitur ho
minibus inest scõm naturã humanã vez inue
stigare que nos ad studium cognicõnis a sciẽ
ẽ trahit a inquirendi infundit cupiditatem.

In quo excellē vniuersis pulchrū videtur. sed paucoꝝ est assequi qui voluendo cogitacōnes cōsilia examinādo. non mediocrē impendūt laborem. vt ad illud beate honesteq; uiuendum puenire possint. atq; operib⁹ appropinquaē. nō enim qui dixerit michi dñe dñe intrabit in regnum cælorum. sed qui fecerit ea que dico Nā studia sanctie sine factis haud scio an etiam inuoluāt magis.

De prudentia q̄ in virtutes alias deriuaē Capi. 23.

Prim⁹ igitur officij fons prudētia est. Quid enī tā plenum officij q̄ deferre auctori studiū atq; cuerētiam. Qui tamen fons a in virtutes deriuatur ceteras. Neq; enim potest iusticia sine prudentia esse. cum examinare quid iustū. quid ve iniustū sit non mediocris prudentie sit. Sum m⁹ in vtroq; erroꝝ. Qui ei iustū iudicat iniustū iniustū aūt iustū. execrabile est apud deū. vt q̄d habūdant iusticie imprudenti salomon ait. Neq; iterū prudētia sine iustícia ē. Pietas ei in deū inicū intellect⁹. Qđ aduertim⁹ ab huius seculi translatū magis q̄ inuentū sapientib⁹. quia pietas fundamtū ē virtutū oim. Justicie aūt pietas est. prima in deū. secda i patriā. tercia i pēres itē i oēs. Que a ipa secd; natuē ē magisteriū. Si q̄ē ab i cūte etate. vbi primū sensus infundi cepit. vitā amamus tā q̄ dei munus. patriam

parentesq; diligim⁹. Deinde equales quib⁹ so
ciari cupim⁹. Hinc caritas nascitur. que alios
sibi prefert. non querens que sua sunt in quib⁹
est principatus iusticie. Omnib⁹ quoq; animā
tibus innascitur primo salutē tueri. cauere que
noceant. expetere que pfint. vt pastum vt lati
bula quib⁹ se a piculo. ymbrib⁹. sole defendāt
qđ est prudentie. Succedit quoq; vt omniū ge
nera aiantium congregabilia natura sint. Pri
mo generis sui ac forme cōsortibus tum etiā ce
teris vt boues videmus armentis. equos gre
gibus q maxime pares paribus delectari. Ce
uus quoq; ceruis q plexq; hominib⁹ adiungi
am de procreandi studio q sobole. vel etiam ge
nerātium amore quid loquar i quo est iusticie
forma precipua liquet igitur q has q reliquas
cognatas sibi esse virtutes. Siquidem et fortī
tudo. que vel in bello tuetur a barbaris patriā
vel domi defendit infirmos. vel a latronibus so
cios plena iusticie sit. Et scīē quo consilio defen
dat atq; adiuuet. captaē etiam temporū et lo
corum oportunitates prudentie ac modestie sit.
Et temperantia ipa fine prudentia modum scīē
non possit. oportunitatem noscē. q scōm mensu
ram ēdē sit iusticie. Et in omnibus istis ma g̃
nimitas necessaria sit. q quedam fortitudo men
tis plexq; a corpis vt q̃s qđ velit implē possit.

De iustícia beneficētía a liberalitate. Ca. 28.

Vstícia igitur ad societatem generis humanī a ad cōitatem refertur. Societas enim racō diuidit i ptes duas. iustícia a beneficētía. quam eandē liberalitatē a benígmitatem vocant. Justicia michi excelsior videtur. liberalitas gracior. Illa cēsurā tenet ista bonitatem. Sed primū ipsum quod putāt philosophi iustície mun⁹ apud nos excluditur. dicit enim illi eā primā cē esse iustície formam vt nemīnī quis noceat nīsi lacessitus iniuria. Rō euā gelij auctoritate vacuaē. vult eni scriptura vt sit in nobis spūs filij hominis. qui venit cōferre gratiam. non inferre iniuriā. Deinde formā iustície putauerūt. vt quis cōia idest publica p publicis habeat priuata pro suis. Ne hoc quidem secm naturam. Natura enim omnia omnibus in cōmune profudit. Sic enim deus generari iussit omnia vt pastus omnibus cōmunis esset. a terra ergo foret omniū quedam cōis possessio. Natura igitē ius cōmune genauit. Vsurpacō Jus fecit priuatū. Quo in loco aiunt placuisse stoicis. que i terris gignantur. omnia ad vsus homini creari. homines autem hominum causa esse generatos vt ipsi inter se alijs alij pdesse possint. Vnde hoc nīsi de scripturis nostris dicendum assumpserūt. Moyses enim scripsit

quia deus dixit faciam⁹ hominem ad ymagiñ
a similitudinem nostram a habeat potestatem
piscium maris a volatiliū cœli·et pecoꝝ ommiū
et repentiū sup terram.·Et dauid ait Omnia sb
iecisti sub pedibus eius oues a boues vniuersa
igitur a pecora campi·volucres cœli a pisces ma
ris.·Ergo omnia subiecta esse homini de nostris
dicerunt·a ideo censent ꝓpter hominem esse
generata hominē quoq; his causa generatū
esse in libris moysi ꝑimus dicēte domino.·Nō
est bonū hominem eē solum·faciamus ei adiu
torium simile sibi.·Ad adiumētum ergo mulier
data ē viro·que generaret vt homo homini ad
iumento foret·deniq; anteq̄ mulier formaretur
dictum est de adam.·Non est inuentus adiutor
similis illi.·Adiumentum enim homo nisi de ho
mine habere non poterat.·Ex omnibus igitur
animalibus nullū animal simile·a vt absolute di
camus nullus adiutor hominis inuentus ē·mu
lieb̄is igitur sexus adiutor exspectabatur.·Ergo
scōm dei volūtatem·vel nature copulam inuicē
nobis esse auxilio debem⁹·certaē officijs velut
in medio omīs vtilitates ponē.·Et vt verbo scri
ptuē vtar·adiumentum ferre alter alteri ꝑ stu
dio vel officō·vel pecunia·vel opib⁹·vel quoli
bet mō·vt inter nos societatis augeat gracia
Ne quisq̄ ab officō vel piculi terrore reuocetur

sed omnia sua ducat vel aduersa vel prospera
Demq; sanctꝰ moyses pro populo patrie bel
la fuscipere grauia non reformidauit nec regis
potentissimi trepidauit arma nec barbaricæ im
manitatis expauit ferocitã sed abiecit salutem
suam vt plebi libertatem redderet. Magnꝰ itaq;
iusticie splendor que alijs potiꝰ nata ꝙ sibi cõ
tatem a societatem nostrã adimuat excelsitatẽ
tenet vt suo iudicio omnia subiecta habeat opẽ
alijs ferat pecuniã conferat officia non abnuat
picula suscipiat aliena. Quis non cupiret hãc
virtutis arcem tenere nisi prima auaricia infir
maret atq; infiecteret tãte virtutis vigorem.

Qꝺ iusticia in pacis et tpe belli seruatur. Ca

Teni dum augere opes pitulũ. 27.
aggeraẽ pecunias occupaẽ terras possessi
onibus cupimus prestare diuicijs iu
sticie formam eruimus beneficientiam cõmu
nem amisimus. Quomodo enim potest iustus
esse q̃ studz eripẽ altei qꝺ sibi querat potẽtie ꝙ
cupiditas formã iusticie virilẽ effeminat. Quo
cni põt ꝓ alijs interuemẽ q̃ alios sibi subiciẽ co
natur. Et infirmo aduersũ potẽtes opẽ ferre q̃
ipẽ grauẽ libtatu affectat potẽtiã Quãta aũt iu
sticia sit ex hoc intelligi põt quod nec locis nec
personis nec temporibꝰ exãpitur que etiã ho
stibꝰ reseruatur vt si constitutus sit cum hoste

aut locus·aut dies prelio·aduersus iustícia pu
tetur·aut loco preuenire aut tpe·Interest eni
vtrum aliquis pugna aliqua a conflictu grauí
capiatur·an supiore gracia vel aliquo eucntu·
Si quidem vehementiorib⁹ hostib⁹·a insidis a
hijs qui ampli⁹ leserint vehementior refertur
vlcio·vt de madiamitis q̄ p mulieres suas ple
roſq; peccare fecerant ex plebe iudeoy·vnde et
ira in populū patrū iracundia effusa est·Et ideo
factum est vt nullum moyses victor supesse pa
teretur Gabaonitas aūt qui fraude magis q̄
bello temptauerant plebem patrum non expu
gnaret ihesus·ꝛ condicōnis imposite afficēt in
iuria·Syros vero helizeus quos obsidentes in
ciuitatem induxerat·momētaria cecitate pcus
sos·cum quo ingrederentur videre non possent
volenti·ēgi israhel percutē non acquieſceret di
cens·Non percuties quos nō captasti in gladio
et lancea tua·Pone eis panem a aquā vt man
ducent a bibant a ēmittantur a eant ad domi
nū suū vt humanitate prouocati gracīā repre
sentarent·Demiq; postea in terram israhel veni
re pirate syrie destiterunt·Si ergo a in bello iu
stícia valet·quanto magis in pace seruanda ē
Et hanc graciam p̄pha hijs detulit·qui ad eū
corripiendū venerant·Sic enim legim⁹ q̄ i ob
sidione eius miserat rex syrie exercitum suum

cognito q̄ helisęus esset·quū ꝯilijs a aꝛgumen
tacōmb⁹ ei⁹ obuiaęt ommb⁹.Quē videns exer
citum giezi seru⁹ ꝑphęte·de salutis piculo cępit
trepidare.Cui dixit ꝑphęta.Noli timē·quoniā
plures nobiscū sunt q̄ cum illis.Et rogante ꝑ
phęta vt apiręnt oculi ei⁹ aperti sūt·vidit itaq;
giezi totū montem equis repletū a curribꝰ i cir
cuitu helizei.Quibꝰ descendētibꝰ ait ꝑphęta Per
cutiat dn̄s cęcitate exercitū syrie.Quo impetrato
ad syros dixit.venite post me a educā uos ad
hominem quē queritis.Et videtūr heliseū quē
corripe gesticbāt·a videntes tenere nō poterāt.

Q̄ fides iustitie sit fundamētū Capitulū.26.

Iquet igitur etiam in bello fidem a iusti
tiam seruari oportere·nec illō ꝛeorum
esse posse si violetur fides.Denīq; etiam
aduersarios molli ueteres appellatione nomi
nabant·vt peregrinos vocarent.Hostes enim
antiquo ritu peregrini dicebantur.Quod eque
etiam ipsum de nostris assumptum dicere pos
sumus.Aduersarios enim suos hebrei allofi
los·hoc est alienigenas·latino appellabant vo
cabulo.Denīq; in libro Regnorum primo sic le
gimus·Et factū est in diebus illis.Conuenerūt
alienigene impugnam ad israhel.fundamen
tum est ergo iustitie fides.Justorum enim cor
da meditantur fidem.Et qui se iustus accusat



iustitiam supra fidem collocat. Nam tunc iustitia eius apparet si vera fateatur. Denique a dño per ysaiam. Ecce inquit mitto lapidem in fundamentum sion id est xpm in fundamentū ecclie fides enim omniū xpus. Ecclesia aūt quedā forma iusticie est. cōe ius hominū in cōe orat. i cōe opatur. in cōmune temptatur. denique qui seipsum quotidie sibi abnegat. ipse iustus ipse dignus est xpō. Ideo a paulo fundamētum posuit xpm vt supra eum opa iusticie locaremus. q fides fundamentum est. In opib9 autem aut malis inquit as aut bonis iustitia est.

De beneficentia. que in liberalitatē a benuolentiam diuiditur Capitulum. 21.

Sed iam de beneficētia loquamur. que diuiditur etiam ipsa in benuolentiam et liberalitatē. Ex hijs igitur duob9 cōstat beneficentia vt sit pfecta. Non enim satis ē bene velle. ß etiam bene facere. Nec satis est iterū bene facē. nisi id ex bono fonte. hoc est bona voluntate pficiscatur. Hilarem enim datorem diligit de9. Nam si inuitus facias. que tibi merces est. Vnde apostol9 generaliter. Si volēs ait hoc ago. mercedem habeo. Si inuitus dispensatione michi credita est. In euangelio quoq3 multas disciplinas accepimus iuste liberalitatis. Pulchrū est igitur bene velle. a eo largiri ofilio

vt prosis non vt noceas. Nam si luxurioso ad luxurie effusionem adultero ad mercedem ad ulteriꝰ largiendū putes. Non est beneficientia ista vbi nulla est benuolētia. Officere enī istō est. non ꝓdesse alteri si largiaris ei qui cōspiēt aduersus patriā qui cōgregare cupiat tuo fi ptu pditos qui impugnēt ecclesiam. Non ē hec ꝓbabilis liberalitas si adiuues eū qui aduīus viduam a pupillos grauide cermt iurgio. aut i aliqua possessiones eorum eripe conatur. Non ꝓbatur largitas. si quod alteri largitur. altei quis extoꝛqueat si mīuste querat. a iuste dispē sandum putet. nisi forte vt ille zacheus reddas prius ei quadꝛuplum quā fraudaueris a gentī litatis vicia fide studioq; credentis opacōe cō penses. fundamētū igitur habeat liberalitas tua hoc primū queritur. vt cū fide conferas. fraudē non facias oblatis. ne dicas te plus cōferre vt minꝰ oferas. Quid enim opꝰ est dicē. fraus ꝓ missio est In tua ptāte est largiri qs vel. fraus fundamētū soluit. a opꝰ corruit. Nū quid petrꝰ ita indignacōe efferbuit vt ānanie exigui vel let. vel vxoꝛē eius. Sz exemplo eoꝝ. noluit pire ceteros. Nec illa pfecta est liberalitas. si iactā tie causa magis q̄ mie largiaris. Affectus tuꝰ nomē impomt opi tuo Rnō a te ꝓficiscē sic esti stimatur vides q̄ moralem iudicem habeas

Te consulit quomodo opus suscipiat tuum. mē
tem tuam prius interrogat. Nesciat inquit sini
stra tua. quid faciat dextera tua. Non de corpe
loquitur. sed etiam vnanim9 tuus. Frater tuus
quid facis nesciat. ne dum hic mercedem que
ris iactantie. illic ēmuneracōnis fructum amit
tas. Perfecta autem est liberalitas. vbi silencō
quis tegit opus suum. a necessitatibus singulo
rum occulte subuenit quē laudat os paupis a
nō labia sua. De pfcā libēalitate Capi. 28.

Einde pfecta liberalitas. fide causa. loco
rpe cōmendatur vt primū operis circa
domesticos fidei. Grandis culpa est si sci
ente te fidelis egeat. si scias cum sine sumptu
esse. famem tolerare erumpnā ppeti. qui preser
tim egere erubescat. Si in causam cecīderit aut
captiuitatis suorum. aut calumpnie. a nō adiu
ues. Si sit in carcē. a penis a supplicijs xpter de
bitum aliquod iustus excrucietur. Nam a si oi
bus debetur. miseicordia tamē iusto amplio Si
tempe afflictionis fuc. michil a te impetret. Si tē
pore periculi. quo rapitur ad mortem plus apud
te pecunia tua valeat. cp vita morituri de q pul
chre Job dixit Benedictō pituri i me veniebat
psona. quidē deus acceptor nō est quia nouit
omnia. nos aūt omnibus quidē debem9 miseri
cordiam. Et quia pleriq fraude eam querunt

a affingūt etūpnā ideo vbi cā maiestatē. psona
oḡsciē tps vrget. largi⁹ se dz ꝓfundē mia. Nō
ei auar⁹ dñs ē vt plurimā ḡrat. Beat⁹ quidē q
dimittit oia asequiē eū. Sed a ille beat⁹ ē q̄ qđ
hz. ex affcū facit. dem̄qz duo minuta era vidue
illius. diuūtū muneribꝰ ꝓtulit. Quia totū illa qđ
habuit otulit. Illi aūt ex habūdātia partē exi
guā otulerūt. Affect⁹ igiē diuitem. collacō aūt
paupem facit. et precium rebus impomit. Cete
rum dñs nō vult simℓ effundi opes. ꝫ dispēsai
mi forte vt helisei⁹. boues suos occūdit a pauit
paupes. ex eo quod habuit vt nulla cura tene
retur domestica. sed relictis ommbꝰ in disципli
nam se ꝓphetica daēt.

¶ Qđ bona liberalitas sit ꝓximis subuenīē. Ca. 29.

Stetiā illa ꝓbanda liberalitas. vt ꝓximos se
mimis tui nō despicias. si egere ognoscas
Meliꝰ est eni vt ipē subuenias tuis quibus pu
deri est ab alijs sumptū deposcē. aut alicui postu
lare subsidiū necessitati. nō tamē vt illi dicoēs
eo fieri velint. quod tu potes conferre in opibꝰ
Causa cui prestat. nō grā. neqz eni ꝓterea te
dño ditasti. vt tuos diuites facias. ꝫ vt vitā ti
bi ꝓpetuā frcū bonā opis acq̄ras. a p̄cio miseacō
nis pcā redimas tua. putāt se parum poscere
precium tuum q̄rūt vite sue fructum adimere
otēdūt. Et accusat q eum diuitem non fecerīs

cum te ille velit eterne vite fraudare mercede
de eo q̃ aliis largiendo factꝰ est paup. a q̃ fa
erdos xp̃i totum largiri non debet Capi. 30.
Consilium p̃mi simꝰ. auctoritatem petamꝰ
primū neminem debꝫ pudere si ex diuite
paup fiat. dum largitur paupi. quia cri
stus paup factus est cū diues esset. vt nos sua
inopia ditaret dedit regulam quā sequamur.
vt bona ratō sit erimanitū patrimonij. Si q̃ pau
perum famem ẽpulit inopiam subleuauit. Un
de a consilium in hoc do aplus dicit. Hoc enim
nobis vtile est. vt xp̃m imitemini. Consiliū bo
nis datur. Correptio errantes coherceat. Deniq;
quasi bonis dicit quia non tantum facere. sed
et velle cepistis ab anno p̃terito pfectorū vtrū
q̃ est. non pars. Itaq; docet a liberalita tem si
ne temuolentia. a temuolentiam sine liberali
tate non esse pfectam. Unde ad pfectū hortat
dicens. Nunc ergo et facẽ consummate vt quẽ
admodū prompta est in vobis voluntas fa cẽ
di ita sit a proficiendi. ex eo qd̃ habetis. Si eni
voluntas ꝓposita est. secm̃ id qd̃ habet acceptū
est non secm̃ id quod non habet Non enim vt
aliis refectio sit vobis autem angustia. sed ex e
qualitate in hoc tempe vestra habūdantia ad
illorū inopiam. vt illoꝝ habūdantia sit ad ve
stram inopiam. vt fiat equalitas sicut scriptū

est. Qui multū non habūdauit. a qui modicum non minorauit. Aduertim⁹ quē ad modum et benuolēciam a liberalitatem a modum cōprehendit. vt fructum atq; psonas. Ideo modū q; imperfectis dabat consilium. Non enim patiūtur angustias nisi imperfecti. Sed a si quis ecclesiam nolens grauare in sacerdōcio aliquo ostitutus aut ministerio. non totum qđ habet conferat. sed operetur cū honestate quātum officō satis ē non tamē michi vt prefectus videtur. Et puto q; hic angustiam non animi. sed rei familiaris dixerit. De psonis autem puto dictum vt nostra habundantia sit ad illoz inopiam. et illoz habundantia ad vestram inopiā. Idest vt populi habūdantia sit bone operacōis. ad illoz subleuā dā alendi inopiā. a illoz habūdātia spiritalis adiuuet in plebe inopiā meritī spiritalis a conferat ei graciā. Vnde exemplū optimum posuit qui multū nō habūdauit. a q̄ modicū nō minuit. Bene hortatur ad officiū mie omēs homēs istud exemplum. quoniā qui plurimum aurī possidet nō habundat. quia michil est quicqđ i hoc seculo ē. Et q̄ exiguū hz nō minuit. q; nil ē qđ amittit. Res sine dispēdio ē. que tota dispendium est. Est etiā sic intellect⁹ bon⁹. Qui plurimum hz. a si nō donat nō habūdat. Quia quā tūmus acquirat. eget semper qui pl⁹ cōcupiscit

Et qui exiguū habet non minuit. quia nō mul
tum est qđ pauperem facit. Similiter ergo et il
le paup qui cōfert spiritalia p pecuniarijs a si
plurimum habet gracie. non habundat. Nō
enim onerat gracia. sed alleuat mentem. Sed
etiam sic potest intelligi. Non habundas o ho
mo. quantū est enim qđ accepisti. et si tibi mul
tum est. Johannes quo nemo maior est inē na
tos mulierum. Inferior tñ erat eo qui minor ē i
regno celorum. Potest a sic. Non habū dat dei
gracia corporaliter quia spiritalis est. Quis ei?
potest aut magnitudinem aut latitudinem cō
prehendere. quā non videt. fides si fuerit sicut gē
num sinapis. montes transferre potest. et non
tibi datur vltra granū sinapis. Si habundet i
te gracia. non est verendū ne mens tua tanto
munere incipiat extolli. quia multi sunt. qui ab
altitudine cordis sui grauius corruerunt. q̄p si
nullam habuissent dñi graciam. Et qui parū
habet non minuit. quia non est corporeū vt di
uidatur. Et qđ parū videtur habenti plurimū
est. cui michil deest. ¶ Qđ semib? ac debilibus
a nobis sua tribuēdib? si egeāt pl? sit oferendū
Et de eo qđ salomō dicit si sedēs cenaē ad men

¶ Considerandā sam potentis Capi. xi.
enim in largiendo etas atq; debilitas.
Nōnunq̄ etiam verecundia q̄ ingenuos

prodit natales. vt semb⁹ plus largiaris. qui sibi labore iã non queunt victũ querẽ. Similiter et debilitas corpis. a hec iuuãda pmtius. Tum si quis ex diuicijs cecidit in egestatem. a maxime si non vicõ suo sed aut latrocinijs aut proscri pcõne. aut calumpnijs que habebat amisit. Hz forte dicat aliquis. Cec⁹ vno loco sedet a pteritur a tuuemis validus frequẽter accipit. et verum est quia obtinet ꝓter importunitatẽ. non est illud iudicij sed tedij. Nam a dñs ait in euãgelio de eo qui iam clauserat ostium suum. Si quis ostium eius procatius pulset. quia surget a dat illi ꝓter importunitatẽ. Pulchrũ quoq; est propensiorẽ eius haberi rationem. qui tibi ã beneficium aliquod aut munus contulit. si ipẽ in necessitatẽ incidit. Quid enĩ tam cõi officiũ q̃ nõ reddẽ qd acceperis. nec mẽsura pari. sed vberiorẽ reddendum arbitror. a vsum pensare beneficij vt tanto subuenias quãto eius eum pnam repellas. Etenim superiorem non esse in referẽdo q̃ i offerẽdo bñficio. hoc ẽ minorẽ esse. Rm̃ qui prior attulit. tpe superior est. humanitate prior. Vnde imitãda nobis est in hoc quoq; natura rez q̃ susceptũ semẽ multiplicatõe solz numero reddẽ q̃ accepit. Ideo tibi scriptũ est sicut agricultura est hõ insipiẽs. a tãq; vinea hõ egẽs sẽsu. Si eligris eũ desolabit sic agriculturã

Ergo etiam sapiens vt tanq̃ fenerata sibi ma
iore mensura semina susceptа restituat. Terra
ergo aut spontaneos fructus germinat. aut cre
ditos vberiore cumulo refundit. Vtrũq; debes
quodam hereditario vsu parẽtis. ne relinqua
ris sicut infecundus ager. Esto tamen vt aliq̃s
excusare possit qđ non dederit. Quomodo excu
sare potest qđ non reddiderit. Non dare cuiq̃
vir licet. non reddere vero non licet. Ideo pul
chre salomon ait. Si sederis cenare ad mẽsam
potentis. sapienter intellige ea que apponũtur
tibi. a mitte manũ tuam sciens q̃ te oportet ta
lia preparare. Si autem insaciabilis es noli con
cupiscere escas eius. hec enim obtinent vitam
falsam. Quas nos imitare cupientes sententias
scripsimus cõferre graciam bonum est. At qui
referre nescit durissim⁹. Humanitatis exẽplũ
ipsa terra suggerit. spontaneos fructus mini
strat. quos non seueris multiplicatum quoq;
reddit quod acceperit. Negare tibi pecuniã nu
meratam nõ licet. quõ licz acceptam non refer
re graciam. In prouerbijs quoq; habes q̃ ita
plurimũ debito cõ ista gracie apud dñm consue
uit valere. vt etiam in die ruine inueniat gratiã
qui possunt pponderare peccata. Et quid aliis v
tar exemplis. cum dñs ipse remuneracõem vbe
riorem. sanctoꝝ meritis in euangelio polliceat

atq; hortetur vt operemur bonū opus dicens. di
mittite & dimittemini. Date et dabitur vobis.
Mensurā bonam & cōfertam & supefluētem da
bunt in sinū vestrum. Itaq; & illud conuiuium
salomonis. nō de cibis. sed de opibus est bonis
Quo enim melius epulantur animi q̄ bonis fa
ctis. Aut quid aliud tā facile potest iustoꝝ ex
plere mētes q̄ bonī opis cōscientia. Quis aūt
iocūdior cibus q̄ facē volūtatem dei. Quem ci
bum sibi solum dñs habundare memorabat.
sicut scriptū est. in euangelio. meus cibus ē vt
faciam volūtatem patris mei qui i cēlo est hoc
cibo delectemur de quo ait ꝓpheta delectaē in do
mino. Hoc cibo delectātur qui sapiores delecta
cōnes mirabili ingenio oprehendunt q̄ possunt
scīē qualis sit mūda illa. & intelligibil' mētis de
lectacō. Edam⁹ ergo panes sapientie. & sature
mur in verbo dei quia nō in solo pane. ſ in omi
verbo dei vita est hoīs facti ad ymaginē dei. de
poculo vero satis expresse dicit Job scūs. Sicut
terra expectās pluuiā. sic et isti sermones me
os pulchꝝ est ergo vt diuinaꝝ scripturaꝝ hu
mesta⁹ alioq̄o. & q̄si ros. sic i nos v̄ba dei descen
dāt. Cū g̃ sederis ad illā mensā potētis intellige
q̄s iste sit potēs. & in padiso delectacōis positus.
atq; i cuiuio sapiētie locat⁹. sidera q̄ apponūt ti
bi. Scriptura dīna cuiuiū sapiē est singuli libri.



singula sunt fercula. Intelligē pri⁹ que habeā tur in ferculis dapes. a tunc mitte manū. vt ea que legis vel accipis a dño deo tuo operib⁹ exe quaris. a collatam in te graciam officijs repre sentes. vt petrus a paul⁹ qui euangelizando vicem quādam largitori muneris reddiderūt vt possint singuli dicē. Gracia autem dei sum id quod sum. a gracia eius in me egena non fu it. sed habundanti⁹ illis omnib⁹ laboraui. Ali us ergo fructū accepti beneficij vt aurum auro argentū agento rependit. alius laborē. Alius haud scio an etiam locupletius solū restituit affectum. Quid enim. Si reddendi nulla facul tas suppetit. in beneficio referendo pl⁹ animus q̄ census opatur. magisq; p̄ponderat beniuolē tia. q̄ possibilitas referendi muneris. Gracia enim in eo ipō qđ habet refertur.

De laude beniuolentie Capitulū. 32.

Magna igitur beniuolentia que etiā si mi chil cōferat. pl⁹ exhibet. Et cum in pat momio michil habeat largitur plurib⁹ Idq; facit sine vllo sui dispendio. a lucro om nium. Et ideo prestat beniuolentia supē ipsam liberalitatē. dicio: hec moreb⁹ q̄ illa munerib⁹ Plures enim sunt qui indigent beneficio q̄ q̄ habūdant. Est aūt beniuolentia et cōiuncta li beralitati. a qua ipsa liberalitas proficiscit cū

largiendi affectum sequitur largiendi vsus. et separata atq; discreta. Vbi enim deest liberalitas benuolētia manet cōis quedam parēs. oimq; amicicīā cōnectit a copulat. In consilijs fidelis in prosperis leta. In tristib9 mesta. vt vnusquisq; benuolentie se magis q̄ sapiētis credat consilio. vt dauid cum esset prudentior ionathe tm iunioris cōsilijs acquiescebat. Tolle ex vsu hominū benuolentiā tanq̄ solem e mundo tuleris ita erit. quia sine ea vsus hominum esse non potest vt pegrinātī monstrare viam. reuocare errantē deferre hospicium. Non igitur mediocris virtus de qua sibi plaudebat Job dicens. foris non habitabat hospes. ianua mea omnī mētī patebat. Aquam de aqua pfluētī. dare lumen de lumīe accendē. Benuolētia itaq; i hijs est ommib9. tāq̄ fons aque reficiens sicientem tanq̄ lumen que etiā im alijs luceat. nec illis defit qui de suo lumine alijs lumē accenderint. Est etiam illa benuolentie liberalitas. vt si quos habes debitores cyrographum scindens testituas. michil a debitore consecutus debiti. Qd exemplo sui facere nos debere Job sanctus admonet. Nam qui habet non mutuatur qui non habet non liberat fingraphum. Quid igitur etiam si ipse non exigas auaris heredibus seruas. quam potes cum benuolentie tue laude

sine damno pecunie representare. Atq; vt ple
nius discutiam? benuolentiã a domesticis pri
mum profecta psonis id est a filijs. parentibus
fratrib?. p cõiunctõnũ gradus in ciuitatum p
uenit ambitum. a de paradiso egressa mundũ
repleuit. deniq; cum in viro a in femina benuolẽ
tem deus posuisset affectum dixit. Erunt ambo
in vna carne a in vno spiritu. Vnde eua se semp̃
si credid it. qm̃ que benuolentiã accepat mali
uolentiam esse non opinabatur. Augetur bẽ
uolentia cetu ecclesie. fidei consorcõ. inciandi so
cietate pcipiende gracie. necessitudine. misteri
orum communione. Hec enim etiã appellacões
necessitudinũ. reuerentiam filioz. auctoritatem
a pietatem patrũ. germanitatem fratrũ sibi vẽ
dicat. Multum igitur ad cumulandã spectat be
nuolentiam necessitudo gracie. adiuuãt etiam
non paz studia virtutũ. Siquidem benuolen
tia etiam morum facit similitudinẽ. Deniq; Jo
nathas fili? regis imitabatur sancti dauid mã
suetudinem. ppter qõ diligebat eum Vnde et
illud. Cum sancto sanct? eris. non solũ ad con
uersacõem. ß etiam ad benuolentiam deriuan
dum videtur. Nam vtiq; a filij noe simul hab
tabant a non erat in hijs moz discordia. habita
bãt etiã i domo patris esau a iacob. ß discrepa
bant. Non enim erat benuolentia inter eos q

sibi ꝑferret alterum. sed magis cõtentio quę ꝑ
ãperet bñ dictõnem. Nam cũ alter predur⁹. alt
mãsuetus esset inter dispares mores et studia
compugnãtia bẽuolentia esse nõ poterat. Ad
de quia sanct⁹ Jacob paterne degenerẽ domus
virtuti preferre non poterat. Nichil autem tã
cõsociabile ꝙ cum equitate iustitia. que velut
compar a socia beniuolentie facit vt eos quos
patres nobis credimus diligam⁹. habz autẽ be
niuolentia fortitudinẽ. Nam cum amicitia ex be
niuolentie fonte procedat. nec dubitat pro ami
co grauia vite sustinẽ picula. Et si mala inquit
michi cuenerint ꝑ illũ sustineo. Beniuolentia e
tiam gladium ire cũ die extorquere consueuit.
Beniuolentia facit vt amici vulnera vtiliora ꝙ
voluntaria inimici sint ostula. beneficiẽtia facit
vt vnus fiat ex plurib⁹. Quoniã si plures ami
ci sint. vnus fiunt in quibus spiritus vnus a v
na sententia est. Simul aduertim⁹ etiam corre
ptiones i amicicijs. gratas esse que aculeos ha
bẽt. dolores nõ hñt. Cõpungimur enim censorijs
sermonib⁹. sed beniuolẽtie delectamur sedulita
te. Ad fũmã nõ in omib⁹ eadẽ sp officia debent
nec psonaꝝ sp ꝫ plexq; cãꝝ a tpm placões fũt
vt vicinũ quis interdũ magis ꝙ fratrẽ adiuue
rit. Rm̃ a salo. di. Melio⁹ ẽ vicin⁹ i primo ꝙ fra
ter lõge hitãs. Et ideo plexq; aici se beiuolẽne

quisq; cõmittit ꝙ fratris nẽcessitudim. Tãtũ valet tẽmuolentia vt plerũq; pignora vincat nature.

De fortitudine vna de quatuor ꝟ tutib9 Capitulũ. xx.

SAtis copiose iusticie loco honesti naturam et vim tractauim9. Nunc de fortitudine tractem9 q̃ velut excelsior ceteris diuiditur in res bellicas a domesticas. Sed bellicarũ rerũ studium a nr̃o officio iam alienũ videtur. quia animi magis ꝙ corporis officõ intendim9. Nec ad arma iã spectat vsus noster. sed ad pacis negocia. Maiores autem nostri vt Jhesus naue hyeroboal sãson. dauid. summam reb9 quoq; bellicis retulere graciam. Est itaq; fortitudo velut excelsior ceteris. sed nũq̃ incomitata virtus. non enim se ipsam committit sibi. Alioquin fortitudo sine iusticia iniquitatis materia est. Quo enim validior est eo promptior vt inferiorem opprimat. cũ in ipsis reb9 bellicis iusta bella an iniusta sint spectandũ putetur. Nũq̃ dauid nisi lacessitus bellum intulit. Itaq; prudentiam fortitudinẽ comitem habuit in prelio. Nam a aduersus goliam immanẽ mole corporis virum singulari certamine dimicaturi. quib9 oneraretur ẽspuit. virt9 enim suis lacertis magis ꝙ alienis integumentis nititur. Deinde eminus quo grauius feriret ictu lapidis hostem intẽmit. Postea nunq̃ nisi

cōsulto dño bellum adversus Jdeo in ommb9 victor prelijs vsq3 ad summam senectā manu. p precijs bello aduersus tytanas susceptō ferocibus bellator misebatur agnimib9. glorie cupidus. īmuriosus salutis. Sed nō hec sola preclara fortitudo ē. ꝫ etiā illoz glorioſam fortitudinē accepim9. qui per fidem magnitudine animi obstruxerunt leonum ora. extinxerūt virtutem ignis. effugerunt aciē gladij cōualuerunt de infirmitate fortes. Qui non comitatu a legioib9 subiectis cōem cum multis victoriam. sed nuda virtute animi singularem de perfidis retulerūt triūphum. Quā insupabilis damel qui circa latera sua rudentes non expauit leones. fremebāt bestie. a ille epulabatur.

De fortitudine a socio repellente iniuriam

Non igitur in viribus corporis a lacertis tantūmodo fortitudinis gloria est. sed magis in virtute ai. Neq3 in inferēda ꝫ repellēda iniuria lex virtutis ē Qui ei nō ꝓpellit a socio iniuriā si pōt. tā ē in vicō ꝙ ille q facit. vñ scūs moyses hic pus ortus est tē ptamēta bellice fortitudis. Nā cū vidisset hebreū ab egyptō iniuriā patientē defendit ita vt egyptiū sternēt atz i arena abscōderet. Salomō q3 ait Eripe eū q ducit ad mortē. vñigiē l' cuilib9 vl etiam panehytius aut ipē aristoteles trāstulerīt

apertum est satis q̄ p̄ q̄ etiam hȳs duobus anti
quior dixerit Job Saluū fecā pauperē de manu
potentis. a pupillū cui adiutor non erat. adiuui
Benedictō pituri i me veniebat. Nonne hic for
tissim⁹ qui tam fortiter prulit impet⁹ diaboli a
vicit cum virtute mentis fue. Neq; vero de ei⁹
dubitādū fortitudie cui dicit dñs Accīge sic̄ vi
lumbos tuos. fuscipe altitudinem a virtutē. Om
ne autem inuriosum humiliato Aplus quoq;
ait. Habetis fortissimā consolacōnem. Est ergo
fortis qui se in dolore aliquo consolatur

Sō ca Jure fortitudo vocat̄ que oia vicia
Treuera iure conterit Capitu. xx.
ca fortitudo vocat̄. qñ vnusquisq; seip
sum vincit iram contin. millis illecebris
emollitur atq; inflectit̄. non aduersis pturbat̄
non extollitur fecundis. a quasi vento quodā
variarum rer⁹ circūfertur mutacōne. Quid au
tem excelsius a magnificentiꝰ q̄ exercē mentē
affice carnem. in seruitutem redigere. vt obedi
at imperio consilijs obtemperet. vt in adeundis
laboribꝰ. impigre exequatur ꝓpositum animi ac
voluntatem. Hec igitur prima vis fortitudinis
quoniā in duobꝰ generibꝰ fortitudo flectitur a
nimi primo vt externa corporis ꝓ minimis ha
beat a quasi supflua despicienda magis q̄ exspe
ctanda ducat. Secō vt ea que sūma sunt. oēsq;

res in quib⁹ honestas a illud decoꝝ ꝓponendū
cernitur ꝑclara ammi intencōe vsqz ad effectū
prosequatur. Quid enī tā predarū ꝙ vt ita aiꝫ
infirmes tuū. vt neqz diuicias neqz voluptates
neqz honores in maximis ostituas. neqz i hȳs
studiū omne cōtras. Qđ cū ita affect⁹ aio fue
ris necesse est vt illud honestū ac decoꝝ ꝓponē
dum putes Illiqz mentē intendas tuā vt quic
quid accīderit. quo frangi ammi solent. aut pa
trimonij amissio. aut honoris imminucō aut ob
trectacō infideliū quasi supior non sentias. De
inde vt te salutis ipi⁹ picula ꝓ iustitia suscepta
non moueat. hec vera fortitudo est quā habz cri
sti atletha qui nisi legitime certauerit nō coro
nabitur. An mediocre videtur tibi preceptū for
titudinis. Tribulacō patiētiā opatur. patiētia
probacōem probacō aūt spem. vide quot certa
mina a vna corona. qđ preceptū nō dat nisi qui
est ɔfortatus in xpō ihu. Cui⁹ caro requiem nō
habebat. afflictio vndiqz. foris pugne. intus tī
res. Et ꝙuis in picul⁹. in laboribꝰ plurimis. i car
ceribꝰ. in mortibz positus aio tn nō frangebaē
sed ꝑliabatur a deo. vt potentior fuis fieret infir
mitatibus.

Despectō rerꝫ terrenarum
et de mortificacōne et tranquillitate seruoꝝ dei

Capitulum tricesimū sextum

Itaq; considera quēadmodū eos q̄ ad
officia ecclesie accēdunt despicientiā rez
humanarū habere deceat. Si ergo mor
tui estis cum cristo ab elemētis huiꝰ mundi
quid adhuc velut viuētes de hoc mundo decer
nitis. Ne tetigeritis. ne attraminaueritis. ne gu
staueritis que sunt omnia ad corruptelam ipō
vsu. Et infra. Si ergo consurrexistis cum xpō. q̄
sursum sunt querite. Et iterū. Mortificate ergo
membra vestra que sunt sup terram. Et hec qui
dem adhuc omnibus fidelibꝰ. Tibi autem fili
contemptum diuiciaz profanaz psonarum q̄z
q̄ anilium fabulaz fuadet declinacōnem michil
pmittens nisi qđ te exercęat ad pietatem Quia
corporalis exercitatio nulli rei vsus est. pietas
autem ad omia vtilis. Exercęat ergo te pietas
ad iusticiam continentiam mansuetudinē vt fu
gias iuuenilia opera confirmatus ⁊ radicatus
in gracia. Bonum fidei subeas certamen. Non
te implices negocijs secularibꝰ qm̄ deo militas
Et enim si hꝫ qui imperatori militant susceptioni
bus licitū. actu negociorz forensium vendicōne
mercāū phibentur humanis legibꝰ. quāto ma
gis qui fidei exercęt miliciam ab omi vsu nego
ciacōnis abstinere debet. agelluli sui cōtentus
fructibꝰ si habet. si non habet stipendiorz suorz
fructu. Si quidē bonꝰ testis est. q̄ dicat Juuenis

fui a sensu a nos vidi iustum derelictum. nec se
men eius querēs panē. Ea est enī trāquillitas
animi a tpantia que neq; studio querēdi affi
cit neq; egestatis metu tāgitur. Ea est etiam q̄
dicitur vacuitas animi a languorib⁹. vt neq; i
doloribus molliores simus. neq; in prosperis e
lacores. Ad si hȳ qui ad capessendā rem publi
cam ad hortātur aliquos. hec precepta dāt. quā
to magis nos qui ad officiū eccie vocamur ta
lia debemus agere que placeant deo vt virtus
xpi pretendat in nobis. Et ita simus nostro p
bati Impatori. vt mēbra nostra arma iusticie
sint. Arma non carnalia in quib⁹ peccatum re
gnet sed arma fortia deo. quibus peccatum de
struatur. Moriat caro nrā vt in ea omis culpa
moriatur. et quasi ex mortuis viuentes nouis ē
surgam⁹ opib⁹ ac moribus. Hec sūt plena hone
sti a decor officij stipendia fortitudinis.

De cōtemptu psecucōnis. Capitulum. xi.

Sed q̄ in omnib⁹ que agimus nō solum
q̄d honestum sed etiā quid possibile sit
querim⁹. ne forte aggrediamur aliquid
qd nō possim⁹ exeq̄. vñ nos tpe psecucōnis de ci
uitate in ciuitatē decedē ymmo vt verbo ipso v
tar fugē vult dominus ne temere aliquis dum
martirij desiderat gloriā offerat se piculi q̄ fortas
se caro infirmior aut remissior animus ferre

ac tolerare non queat. Nec rursus ꝓfecꝰ igna
uiam cædere quis ac deserē fidem debet metu pe
riculi. Qua gracia ꝑparandus est animꝰ. exercē
da mens. stabilienda ad cōstantiam. vt nullis
pturbari animus possit terroribꝰ. nullis frangi
molestijs. nullis supplicijs cedē. Que difficile
quidem sustimentur. Sed quia omnia supplicia
grauiorum supplicioꝝ vincuntur formidine. ideo
si consilio firmes animū tuum. nec racōne discē
dendum putes. a ꝓponas diuini iudicij metum
ꝑpetui supplicij tormēta potes. animi subire to
lerantiam. Hoc igitur diligentiꝰ est vt quis ita
se comparet illud ingenij De ꝓuidēdo adu
sa racōnabili cogitatione Capitulum. 38.

Si quis potest vigore mentis prouidere q
futura sunt. et tanq̄ ante oculos locare
quid possit accidē. a quid agere debeat
si ita acciderit diffinire. interdum duo a tria si
mul voluere. animo q; inciat. aut singula. aut
cōiuncta acidere posse. Et aut singulis. aut cō
iunctis disponē actus. quos intelligat profutu
ros. fortis ergo est viri non dissimulare. cū ali
quid immineat. se ptendē a tanq̄ exploratē de
specula quadā mentis. a obuiatē cogitacōne ꝓ
uida ēbus futuris. ne forte dicat postea ideo ista
incidi quia non arbitrabar posse euenīe. Demi
q; nisi explorentur aduersa cito occupant vt in

bello improuisus hostis vix sustinetur. a si impa
ratos inuenit facile opprimit. ita animū mala
inexplorata plꝰ frangūt. In hijs igitur duobꝰ
illa est animi excellentia. vt primū animꝰ tuus
bonis exercitatus cogitacōnibꝰ. mūdo corde qđ
verum a honestum est videat. Beati enī mūdo
corde. quia ipsi etiam deum videbunt. atq; id
quod honestū est solum bonum iudicet. Deīn
de nullis pturbetur occupationibus. nullis cu
piditatibus fluctuet. Neq; vero id facile quisq;
facit Quid enim tā difficile q; despicere tanq;
arcē aliqua sapientie opes. aliaq; omnia. que
plerisq; videantur magna a precelsa. Deīnde vt
iudicium tuum stabili racōne confirmes. a que
iudicaueris leuia tāq; nichil pfutura contem
pnas. Deīnde vt si quid acciderit aduersi. Idq;
graue a acerbū putetur. ita feras vt nichil pre
ter naturam accidisse putes cum legeris. nudꝰ
sum natus. nudus exibo. que dominꝰ deus dedit
dns abstulit. Et vtiq; a suos amiserat a facul
tates. Seruesq; in ommbꝰ psonam sapientis et
iusti. sicut ille seruauit qui ait. sicut dño placu
it ita factū est. sit nomen dñi benedictum. Et in
fra. Sicut vna insipientium mulierū locuta es
Si bona suscepimꝰ de manu dñi. q mala sūt susti
neamus

Laus fortitudinis. eo
q gerat bellum cum vicijs. Capitulum. 39.

Q Onest igitur mediocris nec discreta a ce
teis animi fortitudo que bellum cum vi
tiis gerat. sed que sola defendat ōi
menta virtutum omniū. a iudicia custodiat. et
que in expiabili prelio aduersus omia vicia de
cernat. Inuicta ad labores. fortis ad pcula. ri
gidior aduersus voluptates. dura aduersus il
lecebras quib⁹ aurem deferre nesciat. nec vt di
citur aue dicat pecuniam negligat. au aliciam
fugiat. tanq̄ labem quādam que virtutem ef
feminet. Nichil enim tam contrariū fortitudi
q̄ lucro vinci frequēter pulsis hostib⁹. indi
ta in fuga aduersariorū acie dū eruuis cesor
capitur prelia tor inter ipsos quos strauit mise
rand⁹ occubuit. a triūphis suis deiecte legiōes
dum spoliis occupantur. hostem in se reuocaue
runt. qui fugerat fortitudo igitur tam immanē
pestem ē pellat a proterat. nec temptetur cupi
tatib⁹. nec frangantur metu quia virtus sibi cō
stat vt fortiter omnia psequatur vicia tāq̄ vir
tutis venena Iracundiā velut quibusdam pro
pulset armis que tollat consiliū a tanq̄ egritu
dinem vitet. Glorie quoq; caueat appetentiam
que frequēter nocuit immoderati⁹ expetita. sp
autem vsurpata. Quod sanct⁹ Iob
cum predictis vicijs conflixit Capitulum. xo.

Quid horū sancto Job vel in virtute defuit. vel in vicō obrepsit. Quō laborem egritudinis. frigoris. famis pertulit. Quomodo desperit salutis piculum. Nūquid rapinis divitie coaceruate. de quib9 tāta imopibus affluebant. Nunquid auaricia census aut voluptatis studia. cupiditatesq3 excitauit. nunquid trium regū iniuriosa cōtencō vel seruoz cōtumelia in iram excussit. Nūquid gloria sicut leue extulit qui imprecabatur grauia sibi si nūq3 vel nō voluntariam clauerit culpam vel reueritus essz multitudinem plebis. que min9 ānunciaret eā in conspectu oim. Neq3 enim consentanee sunt vicijs virtutes sed sibi constāt. Quis igiē tam fortis q3 sanct9 Job. Cui secūd9 adindicari pōt qui parem vix reperit.

De sanctis im p lio fortitudine vincentibus. Capitulum. xi.

Sed fortasse aliquos bellica defixos gloia tenz vt putēt solā esse pliarē fortitudinē a ideo me ad hec deflexisse. q illa nris deforet. Quā fortis ihs naue. vt vno prelio quiq3 reges captos sternēt cū popul9 suis. deiñ cū aduersus gabaonitas surgēt pliū a verecē. ne nox impediēt victoriā. magnitudine mentis a fidei clamauit. Stet sol. Et stetit donec victoria ofumaretur. Gedeon i trecētis viris de imgēti pplo a aceto hoste reuexit triumphū Jonatha adolescēs

virtutem fecit in magno prelio Quid de machabeis loquar. Sed prius de populo dicam patrū qui cum essent parati ad repugnādum pro tē plo dei a plegitimis suis dolo hostium die lacessiti sabbati maluerunt vulneribꝰ offerre nuda corpora q̄ repugnare ne violarent sabbatū. Ita q; omīs leti se morti obtulerunt Sed machabei considerantes q hoc exemplo gens omnis posset perire sabbato etiam ipsi cum in bellum prouocarēt. vlti sunt innocentiū necem fratrum suorum. Vnde postea stimulatꝰ rex anthiochꝰ cum bellū accenderet p duces suos lisiam machabeum gorgiam ita cum orientalibꝰ suis et assiriis attritus est copijs vt quadraginta a octo milia in medio campi a tribus milibus prosternerēt. virtutem ducis inde machabei de vno eius milite considerate. Namq; Eleazarus cum supeminentem ceteris elephantum loricatum vestitū regia aduertere; arbitratus q in eo rex esset cui; fu concitus in medium legionis se proripuit et abiecto clipeo vtraq; manu interficiebat bestiā atq; intranis sub eā et subiecto gladio interemit eam. Itaq; cadens bestia oppressit Eleazarū atq; ita mortuꝰ est. Quāta igitur virtus animi primo vt mortem non timeret. Deinde vt circūfusus legionibꝰ inimicorū inconfertos raperet hostes medium penetrare; agmen a cōtempta

morte ferocior abiecto clipeo vtraq; manu vul
nerate molē bestie subiret ac sustineret. Post
intra ipam succederet. quo plenior ferret ictu.
cuius ruina inclusus magis q̄ oppressus suo ē
sepultus triumpho. Nec fefellit opinio virtū q̄
uis regius fefellerit habitus. Tanto enī virtu
tis spectaculo defixi hostes inermē occupatum
mansare nō ausi post casum ruentis bestie. sic
trepidauerunt vt impaēs se oīs vīs virtuti
arbitrarētur. Demq; rex antiochꝰ lisie filiꝰ. q̄
centū viginti hoīm milibus armatꝰ venerat. a
tū triginta duobꝰ elefantis. ita vt ab ortu solis
p singulas bestias velut mōtes quidam armo
rū coruſco tangē lampadibꝰ ardentibꝰ refulge
rent. Vnius territus fortitudine pacē rogauit.
Itaq; eleazarꝰ heredē virtutis fue pacem reli
quit. sed hec triūphatoꝝ sint. ¶ De victo
ria Jude machabei a Jonathe frātis eiꝰ. Ca. 82.

Frū q̄ fortitudo nō solū sedis rebꝰ. ſ; etiā
aduerſ pbaē. spectemꝰ Jude machabei
critū. Is enī post victū michanorē regis
demetrij ducem securior aduersus viginti milia
exercitus regis. cū nongētis viris bellū adorsus
volētibꝰ hijs cedē ne multitudine opprimeren
tur gloriosam magis mortem q̄ turpem fugam
suasit ne crimen inquit nostre ēlinquamus glo
rie. Itaq; conmisso prelio cum a primo ortu die

in vesperam dimicaretur. dexterū cornu quo validissimam manū aduertit hostium aggressus facile auertit. Sed dū fugientes sequitur a tergo vulneri locum prebuit Ita gloriosiorem triumphis locum mœstis muemit. Quid Jonathā fratrem eius atteram. qui cum parua manu aduersus exercitus regios pugnans desertus a suis. a cum duobus tantum relict⁹ ēparauit bellum. auertit hostem fugitātes suos ad societatē uocauit triumphi. Habes fortitudinem bellicā in quo non mediocris honesti ac decori forma est. qđ mœrem seruituti preferat ac turpitudini

De passionib⁹ martirū Capitu. xx.

Quid autem de martyr dicā passionibus ēt ne longius vagem. Nū minorem de superbo rege antiocho machabei pueri tulerunt triumphū ꝙ parentes proprij. Si quidē illi armati isti sine armis vicerunt. Stetit immota septem puerorū cohors. regijs cuncta legionibus. defecerūt supplicia. cesserunt terrores. non defecerunt martires. Alius coriū capitis exutus speciem mutauerat. virtutem auxerat. Ali⁹ linguam iussus amputandā promē ēt spondit. Nō solos dñs audit loquētes. qui audiebat moysen tacentem plus audit tacitas cogitacōnes suorum ꝙ voces omniū. Lingue flagellū times flagellum sanguinis non times. Habz a sāguis

vocem suam qua damat ad deum. sicut dama
uit i abel. Quid de matre loquar. que spectabat
leta filioꝝ quot funera tot tropheа. a moriẽtiũ
vocibus tanq̃ psallentiũ tantibus delectabaẽ
pulcherrimã ventris sui cytharã in filijs cernẽs
a pietatis armoniã omni lire numero dulciorẽ
Quid de bimul loquar q̃ ante palmã victorie
acceperũt q̃ sensum natuẽ. Quid de sãcta agne
que in duaꝝ maximarum rerꝝ posita piculo ca
stitatis a salutis. castitatem protexit salutẽ cũ
immortalitate cõmutauit. ¶ De passione
beati laurentij leuite. Capitulum. xx.

QUon pretereamꝰ etiam sanctũ laurentiũ
qui cum videret sixtũ Epm suum ad mar
tirium duci flẽ cepit. nõ passionem illiꝰ
sed suã remansionẽ. Itaq; hijs verbis appella
re cepit. Quo progrederis fine filio pater. Quo
sacerdos sancte fine diacono. pperas tuo. sũq̃
fine ministro sacrificiũ offerre ꝺ fuecueras Quid
in me ergo displicuit pater. nũ degenerẽ pba
sti. Expire certe vtꝝ ydoneũ ministrum elegeis
Cui cõmisisti dñica sanguinis ꝺsecracõnẽ. cui cõ
sumãdoꝝ consortiũ sacramẽtorũ huic sanguis
tui cõsortiũ negas. Vide ne pditeẽ iudiciũ tuũ
dum fortitudo laudatẽ. Abiectio discipuli detri
mentum est magistri. Quid q illustres pstãꝰ
viri discipuloꝝ certaminibus q̃ suis vincunt.



dēniq; abraham filiū obtulit·petr⁹ stephanū premisit·a tu pater ostende in filio virtutem tuam·Offer quē erudisti vt securus iudicij commutatu nobili quemias ad coronā·Tunc fletus ait·Non ego te fili derelinquo ac desero·sed maiora tibi debentur certamina·Nos quasi senes leuioris pugne·cursum recipim⁹·te quasi iuuenem·manet gloriosior de tyranno triumphus Mox venies flere desiste·post triduū me sequeris·Inter sacerdotē et leuitam hic medius munerus decet·Non erat tuū sub magistro vincere quasi adiutorem queres·Quid consortiū passionis mee expetis·Totam tibi hereditatem ei⁹ dimitto·Quid presentiam meā requiris·Infirmi discipuli magistrum precedant fortes sequātur vt vincāt sine magistro·q̄ nō indigēt ministerio·Sic et helyas heliseum eliquit·tibi ergo cōmendo nostre virtutis successionem·Talis eāt contencō digna sane·de qua certarēt socerdos a mīster quis prior patētur pro xpi noie·In fabul' ferūt tragicis excitatos theatri magnos esse plausus·cum se pilades orestem dicēt·orestes vt erat orestem se esse asseueraret·Ille vt p oreste necaretur·orestes ne piladem pro se pateretur necari·Sed illis non licebat viuē p vter q; esset paricidij reus·alter qui fecisset·alter q̄ adiuuisset·Sic laurentiū sanctū adhuc null⁹

vrgebat nisi amore deloco cõmis. Tamen post tri
duũ a ipse cum illuso tyrãno impositus sup era
ticulam exurereť. Assum est inquit. versa a mã
duca. Ita virtute animi vincebat ignis naturã

De potẽtia insolẽtiq; nõ abutẽda a adulacõe

Quẽ dũ ẽ reor. ne dũ aliq Ca. 27.
nimia glorie ducuntur cupiditate insolẽ
tius abutãtur potestatibq. Et plerumq;
auersos a nobis animos gentilium. in studia
psecucõnis excitent atq; inflãment ad iracun
diam. Itaq; vt illi perseuerare possint et suppli
cia vincere. quantos pire faciunt. Prospicien
dum etiam. ne adulantibus apiamus aurem.
Emolliri enim adulacõe nõ solum fortitudinis
non esse. sed etiam ignauie videtur.

De temperantia. Capitulum. 26.

Quoniã de tribus virtutibus dixim. re
stat vt de quarta virtute dicam. que tẽ
perantia ac modestia vocaẽ. In qua ma
xime traquillitas animi studium mansuetudi
nis. moderacõnis grã. honesti cura. decoris consi
deratio spectatur et queritur. Ordo igitur quidã
vite nobis tenendus est. vt a verecundia. pri
ma quedam fundamenta ducantur. que socia
ac familiaris est mentis placiditati. pterue fu
gitãs. ab omni aliena luxu. sobrietatem diligit
honestatem fouet decorum illud requirit.

De adolescentib⁹ seniorꝝ consiliis adiungendis

Sequatur cōuersacōis electō vt adiungamur probatissimis qui busq; seniorib⁹. Namq; vt equalium vsus dulcior. ita senum tucior est. qui magisterio quodā a ductu vite. colorat mores adolescentiū a velut muricē probitatis inficit. Namq; si hī qui sunt ignari locorū. cum solertibus viarum iter adiri gestiunt. quāto magis adolescentes cū senibus debent nouū sibi iter vite aggredi quo min⁹ errare possint. a a vero tramite virtutis deflectere. Nichil enim pulchrius q̄ eosdem a magistros vite a testes habere.

De vnoquoq; hoie ad id qđ sibi vtile sit ap

Verendum etiā plicādo Capi. xx.

Q 9 im omni actu. quid psonis. tpibus cōueniat atq; etatibus. quid etiam singulorum ingeniis sit accommodum. Sepe enim qđ alterum decet. Aliud inuenī aptum. aliud semi aliud in puerilis. aliud reb⁹ secundis. Saltauit ante arcam dñi dauid. non samuel. Nec ille reprehensus. sed magis iste laudand⁹. Mutauit vultum contra ēgem. cui nomen anch⁹. At hec si remota fuisset formidine quo min⁹ ognosceretur. nequaq̄ leuitatis ēprehensione carē potuisset. Saul quoq; vallatus choro pphetaꝝ. etiam ipē pphauit. a de solo q̄si indigno memoratū

est a saul inter pphetas. Vnuquisq; igitur suū ingenium nouerit. a ad id se applicet qđ sibi aptū elegerit. Itaq; prius quid sequatur consideret nouerit bona sua. sed etiā vicia cognoscat. equa lem se iudicem sui prebeat. vt bonis intendat. vicia tedinet. Alius distinguende lectōi apti or. alio psalmo gracior. alius exorcizandis q̄ ma lo laborāt spiritu solicitior. alio sacrario oportu nior habetur. Hec oia spectet sacerdos. et quod cuiq; cōgruat id officij deputet. Quo etenī vnū quēq; suū ducit ingeniū. aut qđ officium decet id maiore impletur grā. Sz id cum in omni vita difficile sit. tū in nostro actu difficilimum est.

De hijs qui seculariū sequūtur affectū. i eccle siastico ordine nō admittendis.

Capitulum. 29.

HAmat enim vnusquisq; sequi vitam pa rentū. demq; pleriq; ad militiā ferūtur quoz milit auerūt parētes. alij ad actio nes diuersas. In ecclastico vero officio michil ta rius inuenias. q̄ eum qui sequat institutū pa tris. vel quia grauis deterret act9. vel q̄ in lubri ca etate difficilior abstinentia vel quia alacri a dolescēte videtur vita obscurior. et ideo ad ea conuertuntur studia que plausibiliora ar bitrant. Puta q̄ppe pluēs q̄ futura pferūt. Illi aūt pūb9. nos futuis milita9. vñ q̄ pstātior cā

eo vel esse cura attentiõ.

De honestate nostri actus Capitulũ. 10.

Eneam⁹ igitur verecundiam a eã que to
cius vite ornatum arrollit modestiã. Nõ
ei mediocre ẽ reb⁹ singul modũ suare
atq; impartire ordinem. in quo vere plucet illũ
quod decorum dicitur. qđ ita cum honesto iun
gitur vt separari non queat. Siquidem et qđ
decet honestum est. a quod honestum est decet.
vt magis in sermone distinctõ sit. ꝙ in virtute
discretõ. Differre enim ea inter se intelligi põt
expli cari non potest. Et vt conemur aliquid e
tuere distinctõnis honestas velut bona valitu
do est. et quedam salubritas est corporis. decus
autem tanꝙ venustas a pulchritudo. Sicut er
go pulchritudo supra salubritatem ac valitu
dinem videtur excellẽ. a tñ sine hijs esse nõ po
test. nec vllo separari modo. quoniã nisi bona
valitudo sit pulchritudo eẽ ac venustas nõ po
test. sic honestas decorũ illud in se continet. vt
ab ea profectum videatur. a sine ea esse non pos
sit. velut salubritas igitur tocius operis actus
q; nostri honestas est. a sicut species est decorũ
qđ cum honestate cõfusum opinione distingui
tur. Nam a si in aliquo videatur excellẽ. tamen
in radice est honestatis sed flore precipuo vt
sine ea decidat. in ea floreat. Quid ẽ ei honestas

nisi que turpitudinē quasi mōstrē fugiat. Quid vero inhonestum nisi quod ariditatem ac mortem afferat virenti. Igitur substantia virtutis decorum illud tanq̄ flos emicat. quia radix salua est. Aduero ꝓpositi nostri radice viciosa. nichil germinat. habes hoc in nostris aliquanto expressius. dicit enim dauid. dñs regnauit decorem induit. Et apostol⁹ ait. Sicut in die honeste ambulate od̄ grece dicitur euschemos. Hoc autem ꝓprie significat bona habitudo. bona species. Deus ergo primum hominē cum conderet bona habitudine. bona mēbrorum compositione formauit. et optimam ei speciem dedit. ēmissionem non dederat peccatorum. Et postea q̄ renouauit eū spiritu. et infudit ei gratiam. que venerat in serui forma et in hominis specie. assumpsit decorem redemptionis humane. Et ideo dicit ꝓphēta. dñs regnauit decorem induit. Deinde alibi dicit. Te decet ymnus deus in syon hoc est dicere honestum est. vt te timeamus te diligamus. te precemur. te honorificemus. Scriptū est enim. Omnia vestra honeste fiant. Sed possum⁹ a hominē timere diligere. rogare. honorare. hymnus specialiter deo dicitur. hoc tanq̄ excellentius ceteris credere est decorum quod deferimus deo.

De habitu mulieris qualis debeat esse. Capitulum. xi.

Vlierem quoq; in habitu ornato orare
cōuenit ꝫ ſpecialiter eam decet orare ve
latam. a orare ꝓponētem caſtitatē cū bo
na conuerſacōne. Eſt igitur decorū quod ꝑmi
net cuius diuiſio gemina eſt. Nam eſt decorū
quaſi generale quod per vniuerſitatem fundi
tur honeſtatis. a quaſi in toto ſpectatē corpe Eſt
etiam ſpeciale. qđ in ꝑte aliqua eminet. Illud
geneāle ita eſt. ac ſi equabilē formam atq; vni
uerſitatem honeſtatis in omni actu ſuo habeat
concinētem. cum omnis ſibi eius vita cōſentit
nec in vllo aliqua re diſcrepat. hoc ſpeciale. cū
aliquē actum in ſuis habet virtutib⁹ preeminē
tem. Simul illud aduerte quod et decor eſt ſe
cundum naturam viuē. ſecundū naturā dege
re. a turpe eſt. qđ fit contra naturam. Ait enim
apoſtolus quaſi interrogans. decet mulierem
non velatam orare deum. Nec ipſa natura doc;
nos. Quod vir quidem ſi comam nutriat igno
minia eſt illi. qm̄ contra naturam eſt. Et iterū
dicit. Mulier vero ſi capillos habeat. gloria ē
illi. Eſt enim ſm̄ naturam qm̄ quidem capilli
pro velamine ſunt. hoc eſt enim naturale vela
men ꝑſonam igitur a ſpeciē. nobis natura ipa
diſpenſat quam ſeruaē debem⁹. vtinā q; a inno
centiam cuſtodire poſſimus. nec acceptam no
ſtr̄ malicia mutaēt. De gnali decoē Ca. 12.

Habes hunc decorem generalem. qui afficit deus mundi istius pulchritudine. Habes a p partes. quia cum faceret deus lucem a diem noctemq; distinguet. cum conderet celum. cum terras a maria separaret cum solem a lunam a stellas constitueret. lucem sup terram probauit singula. Ergo decorum hoc quod in singulis mundi partib⁹ elucebat in vniuersitate explenduit. sicut probat sapientia dicens. Ego eram cui applaudebat. cum letarer orbe perfecto. Similiter ergo a in fabrica humani corporis. grata est vni⁹ cuiusq; membri porco. Sed plus in coe compositione membrorum apta delectat. qd ita sibi quadrare et conuenire videant. Si quis igitur equalitatem vniuerse vite a singularum actionum modos seruet. ordine quoq; a constantia decorum atq; operum moderationem quoq; custodiat. in eius vita decor illo expellit a quasi i quoda speculo elucet

De sermone suauj omnibus gratum prebendum. a de motu animi cauendo. Capitu. xj.

Cadat tamen suauis sermo vt colliet sibi affectum audientium gratumq; se vel familiaribus vel ciuibus. vel si fieri potest omnibus prebeat neq; adulantem se neq; adulandum cuiqm exibeat. Alterum enim callidi tatis est. vanitatis alterum. Non despiciat qd de se vnusquisq; et maxime vir optimus sentiat.

hoc enim mō dixit tomis deferte reuerentiā. nā
negligē tonoꝝ indicia vel arrogantie vel disso
lucōis est. quoꝝ altery supbie asscribitur. altery
negligentie. Caueat etiā motus animi sui. Spē
eni sibi a obseruandꝰ a circumspicieudꝰ est. et
vt aduersum se cauēdus. ita etiā de se tuēdus.
Sunt eni motus in quibꝰ est appetitus ille. qui
quasi quodā prūpit impetu. Vnde grece horme
dicitur. qđ vi quadā seipse te pripiat. Nō me
diocris in hīs vis quedā animi atq; nature ē
que tīi vis gemina est vna in appetitu. altera i
racōne posita. que appetitū ēfrenet. a sibi obedi
entē prestet et ducat quo velit et tanḡ sedulo
magisterio edoceat. quid fieri. quid cuitari opor
teat. vt bone domitrici obtēperꝫ. Soliciti eni de
bemꝰ esse. Ne quid temē aut incuriose geramꝰ
aut quicḡ oino cuiꝰ probabilē nō possimus ra
cōnem ēddē. Actus enim nostri causa. a si non
omnibꝰ ēdditur tīi ab omnibꝰ examinat. Nec
vere habemꝰ in quo possimꝰ nos excusare. Nā
a si vis quedā nature in omni appetitu sit. tīi idē
appetitus racōni subiectꝰ est lege nature ipsius
a obedit ei. Vnde bomi speculatoris est ita ptēn
dere animo. vt appetitꝰ neqꝫ pcurrat racōnem
neqꝫ deserat. ne pcurrēdo pturbꝫ atq; exludat
vāqꝫ deserendo destituat. pturbacō tollit constā
tiam. destitucō prodit ignauiā. accusat pigriciā

ptúrbata enim mente latius se ac longiꝰ fundit appetitus·a tangꝫ efferato impetu frenos rationis non fulcipit·nec vlla sentit aurige moderamina quibus possit reflecti. Vnde plerūqꝫ non solum animus exagitatur·amittitur racō·ꝫ etiam inflāmatur vultus vel iracundia vel libidine·pallescit timore·voluptate se non capit·a mīa gestat letícia. Hec cum fiūt abiciatur illa naturalis quedam cēsura·grauitasqꝫ morū·nec teneri potest illa que in rebus gerendis atqꝫ cōsiliis sola potest auctoritatem suam·a ad illud quod deceat tenere constantiam.

De appetitu iracundie ꝓpter iniuriā facto. Capi. xx.

ORatio autem appetitus ex indignacōe mīa nascitur quā accepte plerūqꝫ accēdit iniurie dolor. De qꝰ satis nos psalmi quem in prefacōne posuimꝰ precepta instruunt. Pulchre aūt a hoc accidit vt scripturi de officijs ea prefacōnis nre assercōe vteremur·que a ipsa ad officij magisterium pertineret. Sed quia supra vt oportebat perstrinxímꝰ quē admodū vnusquisqꝫ cauere possit ne exāteā accepta iniuria·verentes ne prefacio prolixior ficeret nunc de eo vberius disputandum arbitror·locus enim oportunus est vt in partibus temperantie dicamus quemadmodum reprimatur iracudia.

Tria itaq; genera ee hominū iniuriā accipientium in diuinis scripturis demōstrare volum9 si possum9. Vnū est eorum in quibus peccator insultat. cōtūciatur inequitijs quia deest iustitia. pudor crescit. augetur dolor Vox similes plurimi de meo ordine. de meo numero. Nam michi infirmo. si quis iniuriā faciat. forsitan licet infirmus donē iniuriā meā. Si crimen obiciat. non sum tacitus. vt sim contentus conscientia mea. etiā sine ei9 obiectu alienū nouerim. sed cupio abluē ingenui pudoris notam. tanq; infirm9. Ergo oculum pro oculo. et dentē pro dēte exigo. a cōtūcium conuicō rependo. Si vero is sum qui proficiā a si nondum perfect9. nō retorqueo contumeliā. Et si non influat ille cōuicium a mundz aures meas contumelijs ego taceo a michil respondeo. Si vero perfectus sim verbi gratia loquor. Nam veritate infirmus sum. Si ergo pfect9 sim benedico male dicentē sicut benedicebat. a paul9 qui ait. Maledicamur a bñdicim9. Audierat enim dicentē diligite inimicos vestros. orate pro calūpmiantibus a psequētib9 uos. Ideo autē paul9 persecutōem patiebat. a sustinebat. quia vincebat a mitigabat humanū affectum ꝓpter mercedis gratia. vt filij9 dei fieret. si dilexisset inimicū Tamen et sanctū dauid in hoc quoq; genere

victutis imparem paulo nō fuisse edocē possu
mus. Qui primo quidē cū maledicēt ei filius ze
mei a crimina obiceret. tacebat humiliabatur
a silebat a bonis suis. hoc est bono⁊ operū con
scientia. deinde expectebat maledictū sibi. qz ma
ledicto illo diuinā acquirebat misericordiā. vi
de autem quomō a humilitatem a iusticiam. a
prudentiā emerende a dño gratie reseruauerit
Primo dixit Ideo maledicat michi. qz dominus
dixit illi vt maledicat Habes humilitatē. quia
ea que diuinitus imperant equanimiter quasi
seruul⁹ ferenda arbitrabatur. Iterum dicit. Ec
ce filius meus qui exiuit de ventre meo querit
animam meam Habes iusticiam. Si enim a no
stris grauiora patimur. cur indigne ferimus
que inferuntur ab aliens. Tercio ait. dimitte
illum vt maledicat. quomā dixit illi dns vt vi
deat humiliacōnem meā. a retribuat michi do
min⁹ p maledicto hoc. Nec iā solū cōuiciante
pculit. ꝫ et lapidātem et sequētem illesum reli
quit. quētiā pt⁹ victoriā petētū vemā libent ig
uit Rō ideo inserū. vt euāgelico spū sem dauid
nō solum inoffensum. ꝫ a gratū fuisse conuiciantū
docerē Et delectatū potⁿ ꝙ eraspeātum iniurijs
pro quib⁹ mercedem sibi reddēdam arbitraba
tur. Sed tamen ꝙuis pfectus adhuc pfectiora
q̄rebat. Incalescebat iniurie doloē quasi homo

sed vincebat quasi bonus miles. Tollerabat q̃
si athleta fortis. De requie post ẽsurrectõez

Capitulũ. 16.

Paciente autẽ finis promissorum expectatio. Et ideo dicebat
Notũ fac michi dñe finẽ meum. & numerũ dierũ meorũ quis est. vt sciam quis desit mi
chi. finem illum querit promissorũ celestiũ. vel
illum quãdo vnusquisq; surgit in suo ordine. p
mãe xp̃us. deinde hĩ qui sunt xp̃i. qui in ad
ventu eius crediderũt deinde finis. Tradito
enim regno deo & patri. & euacuatis ommibus
potestatib9. vt apostol9 dixit perfectio incipit.
Hic ergo impedimẽtum hic infirmitas etiã per
fectoz. illic plena pfectio. Ideo & dies illos req̃
rit vite eterne qui sunt. non qui ptereunt. vt cõ
gnoscat quid sibi desit. que terra sit repromissi
onis. ppetuos fructus ferẽs. q̃ prima apud pa
trem mansio. que scda & tercia in quibus pro
ratõne meritoz vnusquisq; requiescit.

De ymagine dei & ymagine diaboli Ca. 17.

Illa igitur nobis expetẽda in quibus per
fectõ. in quib9 veritas est. hic vmbra. hy
mago. illic veritas. vmbr̃ in lege. yma
go in euangelio veritas in celestibus. Ante a
gnus offerabatur. offerabatur vitul9. nũc xp̃s
offertur. Sed offertur quasi homo. quasi recipi
ens passionẽ. & offert se ipse quasi sacerdos vt

pccata nostra dimittat. Hic ymagine ibi in ve
ritate. vbi apud patrē pro nobis quasi aduoca
tus intercedit. hic ergo in ymagine ambula9
i ymagine vice9. illic facie ad faciē. vbi plena p
fectio. qr pfectio ois i veritate ē. Ergo dū hic fu
m9 fuem9 ymaginē vt ibi pueniam9 ad verita
tem. Sit in nob ymago iustitie sit ymago sapi
entie. qr venerē ad illū diē. a scōm ymaginē si
am estimabiē. Nō muemat i te adūsari9 yma
ginē suā nō rabiem. nō furorē. In bjs ei yma
go nequitie est. Aduersari9 enī diabolus. sicut
leo rugiens querit quē occidat quem deuoret
Non muemat auri cupiditatem. Non argēti a
cruos. non viciorū simulachra. ne auferat tibi
vocem libertatis. vox enim libertatis illa est vt
dicas. veniet huj9 mūdi princeps. a in me inue
niet michil. Itaq; si secur9 es. qr in te michil in
uemat cū veneit pscrutari dies illud qd dixit
ad laban Jacob priacha. Cognosce si quid tuo
rū est apud me. Merito btūs Jacob. apud quē
nl laban suū potuit ēpiē. Abscōderat ei rachel si
mulachra deoz et9 aurea a argētea.

De mercatoē auaro manes diuicias cumulā
te. a pginē dei a se auferente: Capitulum. 18.

Itaq; si sapientia si fides. si contempt9
seculi. si gratia tua abscondat oēz pfidiā
btūs eris quia nō respicis i vanitates a



ínſamias falſas. An mediocre eſt tollere vocẽ aduerſario vt arguẽdi te non poſſit habẽ auctoritatem. Itaq; qui non ẽſpicit ín vanitates nõ cõturbatur. Qui enim reſpicit cõturbatur a vaníſſime quidẽ. Quid eſt enim ogregare opes níſi vanũ quia caduca querẽ vanum eſt ſatis Cum aũt cõgregaueris quis ſciat an poſſidere liceat tibi. Nõne vanum eſt vt mercator noctib9 ac diebus cõficiat iter quo aggregaẽ poſſit theſauri acęruos merces ogreget conturbetur ad precium ne forte minoris vendat q̃ emerit. Aucupetur locoz precia a ſubito aut latrones ín ſe ínũdia famoſe negotiacõis excitz aut nõ expectatis ſereníoribꝰ flatibus dum lucrũ querit ín naufragiũ pacíens more ínẽdat. An nõ conturbatur etiã ille vane qui fũmo labore coacęruat qđ neſciat cui hęredi ẽlínquat. Sepe qđ auarus fũma ogeſſerit ſollicitudíne p̃cipitũ effuſione dilacerat hęres luxurioſus a dñi queſita turpis eluo p̃ſentiũ cetus futuri ímprouidus qđ quadam abſorbet voragíne. Sepe etiã ſeparatus ſucceſſor ínuidiã pte acquirit hęreditatis a celeri obitu extraneis addite ſucceſſionis trã ſcribit cõpendia. Quid ergo vane araneam texis que ímanis a fine fructu eſt a tanq̃ caſſes ſuſpendis ínutiles diuiciarum copias. Que a ſi fluant nichil proſint ymmo exuũt te ymagíne

dei a induunt terrem ymagine. Si tyranni alicui quis ymaginem habeat nonne obnoxius est dampnacõi. Tu depõis ymaginẽ eterni imperatoris et erigis in te ymaginem mortis. Eice magis de ciuitate anime tue ymaginẽ dyaboli et attolle imaginem xpi. hec in te fulgeat in tua ciuitate hoc est in aia ceesplendeat que oblita erat viciorũ ymagines. de quib9 dauid ait. dñs in ciuitate tua admichilum deducis ymagines eorum. Cum enim pmiserit ihrusalem dñs ad ymaginem suam. tũc aduersariorũ omnis ira godelebitur.

¶ De leuitis ãles debeant esse Capitu. 19.

QVod si euãgelio dñi etiam populis ipẽ ad despicentiã opum informatus atq; instituit9 est. quãto magis nos leuitas oportet terrenis nõ teneri cupiditatib9. quor9 deus porcõ est. Nã cum diuideretur a moyse possessio terrena populo patrum exceperit leuitas dñs efne possessionis sortẽ qđ ipẽ ille eẽt fumicul9 hẽditatis. Vñ ait dd. dñs ps hẽditatis mee et calicis mei. dẽmq; sic appellat leuita. ipẽ me9. l ipe p me. Mgnũ g̃ munus ei9. vt de eo dñs dicat. ipe me9 vl quẽadmodũ petro dixit. de state i ore piscis repto. dab tibi p me et te. vñ et apls cũ ẽpm dixisset debẽ ee sobriũ. pudicũ. ornatũ. hospitalẽ. docibilẽ. non auarũ non litigiosum domui sue bene prepositum.



addidit diacones similiter oportz esse graues
non bilingues. nō multo vino deditos. nō tur
pe lucrum sectātes habentes misteriū dei in cō
scientia pura. Et hi autē probentur primum. a
sic ministrent null ū crimen habentes. Aduer
tim⁹ quātā in nobis requirātur. vt abstinens
sit a vino minister dñi vt testimonio bono ful
ciatur. non solū fidelium. ſ etiā ab hiis qui fo
ris sunt. Decet ei actuū operūqz nostroz testē
esse publicā existīnacōem. ne derogetur mune
ri. vt qui videt ministrū altaris. congruis orna
tū virtutib⁹. auctorem p̄dicet a dñm veneretur
qui tales seruulos habeat. Laus enim dñi vbi
mūda possessio a innocens familie disciplina.

De altaris ministris qp assumi nō debēt ex
bigīs secūdis a qp ñdē ministri vestimēta sua
lauare debeant. Capitulū. 60.

De castimonia aūt quid loquar. qñ vna
tantū nec repetita p̄mittitur copula. Et i
ipso ergo cōiugio lex est. non iterare cō
iugiū. nec secunde coniugis sortiri coniunctōnē
Quod plerisqz mirz videtur cur etiam ante bap
tismū iterati cōiugij ad electōnem muneris et
ordinacōis progatiuā impedimenta generētur
Cum etiam delicta obesse nō soleant si lauacri
ēmissa fuerint sacramēto. Sed intelligere debe
mus. quia baptismo culpa dimitti potest. lex

aboleri non potest. In coniugio non culpa. sed lex est. Quod culpe est igitur in baptismate relaxat. qđ legis ē in coiugio non soluit. Quō aūt potest orator ee viduitatis qui ipsa coiugia frequētauerit. Inoffensum autem exhibendum a in maculatum ministeriū. nec vllo coniugali cetu violandum cognoscitis. qui integri corpe incorrupto pudore. aliem etiam ab ipso consortiō coiugali. sacri misterij gratiam recepistis. qđ eo non preterij quia in pleris abdicōribus locis cum ministerium ingereret vel etiam sacerdocium. filios receperunt. a id tanq̄ vsu veteri defendūt. qñ p interualla dierum sacrificium deferebatur. Et ñ castificabat etiam populus per biduum aut triduū. vt ad sacrificium pur⁹ accederet vt in veteri testamēto legimus a lauet vestimenta sua. Si in figura tanta obseruātia quanta in veritate discę sacerdos atq; leuita. quid fit lauare vestimenta tua. vt nouum corpus celebrandis exhibeas sacramentis. Si populus sine ablucōne vestimentorum suorum p hibebatur accedere ad hostiam suam tu imlotus mente pariter a corpore audes pro alijs supplicare audes alijs ministrare.

De officio non mediocri leuitarum
Capitulum sexagesimumprimum

Non mediocre officiū leuitaꝝ de quibus
dicāt dñs. Ecce eligo leuitas de medio fi
liorꝝ israhel pro omni primogenito apiē
te vuluā filiꝫs israhel. Ēdemptōnes eorꝝ erunt
isti. a erūt michi leuite michi enim sanctificaui
primogenitū in terra egipti: Cognouim⁹ quia
non inter ceteros leuite cōputantur. ꝫ omib⁹
preferūtur qui eligūtur ex omib⁹ a sanctificāē
vt primogenita fructuū atqꝫ primicie que dño
deputātur in quib⁹ est votꝝ solucō a redēptō
peccatorꝝ. Non accipies eos inquit inter filios
israhel a cōstitues eos leuitas sup tabernaculū
testimonij. a sup omia vasa ei⁹ astare. a super
quecūqꝫ sunt in eo. Ipsi tollant tabernaculum
a omnia vasa ei⁹. a ipsi ministrēt in eo et in cir
cuitu tabernaculi castra ipsi cōstituāt. a promo
uēdo tabernaculū ipsi deponāt leuite. a ostituen
do castra rursum ipm tabnaculum ipsi statuāt
Alienigena quicūqꝫ accesserit. morte morietur
Tu ergo elect⁹ ex omni numero filiorꝝ israhel
inter sacros frcūs quasi primogenit⁹ estimat⁹
positus tabnaculo. vt ptendas in castris san
ctitatis a fidei atqꝫ si alienigena accesserit mor
te morietur. positus vt opias arcam testamēti
Non enim oīs alta misteriorꝝ vident. quia ope
riūtur a leuitis ne videant qui videre non dñt
a sūmant q̄ seruare nō possunt. Moyses dēmqꝫ

circūcisionem vidit spiritalem ꝙ operuit eam. vt in signo circūcisionem ꝓscriberet. Vidit et azimā veritatis a sinceritatis. vidit passionem dñi opuit azimis corpalibz azima veritatis operuit passionē dñi agni l' vituli immolacōe Ergo bom̄ scuite suaserūt misteriū fidei sue tegmine. a tu mediocre putas qđ omissum est tibi Primū vt alta dei videas qđ ē sapiētie. Deinde vt excubias pro populo deferas quod est iustice. Castra defendas. tabernaculūq; tuearis quod est fortitudinis. Teipsū otinētem ac sobriū ꝓstes qđ ē tēperātie

De vitate oim hoim Ca. 62.

Hec virtutum genera principalia constituerunt etiam hij qui foris sunt. sed cōitatis sapiorem ordinem ꝙ sapiētie iudicauerunt. cum sapientia fundamētum sit iustice opus sit qđ manere nō potest nisi fundamentū habeat. fundamentum autem cristus est. Prima ergo fides que est sapientie vt Salomon dicit secutus patrem. initium sapientie timor dñi Et lex dicit. diliges dominum deū tuum. Diliges proximum tuum. pulchrum est enim vt gratiam tuam atq; officia in societate humanī generis cōferas. Sed primum illud decorum vt quod habes preciosissimum. hoc est mentem tuā q̄ nichil habes prestantius deo deputes. Cum solueris auctori debitum licet vt opera

tia in tenebricetiã. vt adumbrata hominũ confe
ras atq; opem feras necessitatib9. aut pecunia
aut officio. aut etiã quocũq; munere. quod late
patet in vestro ministerio. pecuniam vt subuenias. debito obligatũ liberes. officio vt seruanda
suscipias q̃ metuit amittere q̃ deponenda credidit

De eo qđ est cum officio. a qđ est coñ officiũ.

Officiũ est igitur depositum seruare ac reddere. Sed interdum cõmutatio fit aut tpe aut necessitate. vt non sit officiũ reddere. quod accepis. vt si quis contra patriã opẽ barbaris ferens. pecuniam aptus hostis reposcat. aut si tunc reddas cum assit qui extorqueat. Si furenti restituas cũ seruare non queat. si insaniẽti gladium depositũ non neges quo se ille interimat. nõne soluisse contra officiũ est. Si furto quesita sciens suscipiat vt fraudetur qui amiserat. Nonne contra officiũ ẽ. Est eẽ coñ officiũ nõnũq̃ promissum soluere. sacramẽtum custodire. vt herodes qui iurauit qm̃ quicquid petitus esset daret filie herodiadis. a necem Johis prestitit. ne promissum negaret. Nã de iepte quid dicã q̃ immolauit filiam suã. que sibi victori prima occurrerat. quo votũ impleret qđ sponderat vt quicqd sibi primũ occurrisset offerret deo. Melius fuerat michil tale promittere. q̃ promissum soluẽ paricidio.

Capitul. 63.

De leuita q̃lis eẽ debeat. a de laude ipi⁹ Ca. 66.

Nec quãti sit consiliꝫ prospicẽ non ignoratis. Et ideo eligatur leuita qui sacrariũ custodiat nec fallatur cõsilio. ne fictam deferat. ne mortã timeat. ne quid intẽperantiꝫ gerat. vt specie ipsa grauitatẽ preferat. nec solum animũ sed etiã oculos cõtinẽtes habeẽ. quẽ deceat ne vl ipse frontem sobrietatis fortuit⁹ violet occursus. Qm̃ qui viderit mulierẽ ad concupiscendũ eam. iam adulterauit eã in corde suo. Ita vt adulteriũ non solum facti colluuione. ꝫ etiam aspectus intencõe cõmutat. Magna hoc videtur ac mimis seuera. sed in magno munere non superflua. qñ tanta est leuitarũ gracia. vt de hijs moyses in bñdictõib⁹ dicẽt. date leui verbos ei⁹. date leui manifestos ei⁹. date leui sortem suffragij sui. et veritates eius viro sancto quẽ temptauerunt in tẽptacõibus. maledixerunt sup aquã contradictionis. Qui dicit patri suo a matri nõ noui te. a fratres suos nõ cognouit. a filios suos abdicauit. Hic custodiet verba tua. a testamẽtum tuũ obseruabit. Illi ergo vel eius a manifesti ei⁹. q̃ michil in corde doli habeãt michil fraudis occultent. sed verba eius custodiant. a in corde suo conferant sicut cõferebat a maria. Qui suos parentes officio suo non nouerit p̃ferendos qui violatores oderint castitatis

pudicæ vlciscantur iniuriã nouerimꝰ officiorũ tempa qꝺ maius sit. quod cui aptũ tempori est ꝛ vt id solũ sequatur quod honestũ est. Sane vbi duo honesta. id quod honestius est. præponendum putet. hñ iure benedicti. Si quis ergo manifeste iusticias dei in cẽsum ponat. Benedic dñe virtutem ipius. opera manuũ eius suscipe vt grãm xpianæ bñdictõis inueniat Amen

Explicit liber primꝰ. de officijs beati Ambrosij. Incipit secundꝰ eiusdem. Capi. pmũ

SVperiore libro. de officijs tractauimus que cõuenire honestati arbitraremur in qua vitã beatam positã esse nulli dubitauerũt. quã scriptuã appellat vitã eternã. Tantus enim splendor honestatis est. vt beatam vitã efficiat tranquillitas conscientie ꝛ securitas innocentie. Et ideo sicut exortus sol lune globum. ꝛ cætera stellarũ abscondit lumina. ita fulgor honestatis. vbi vero et incorrupto vibrat decore. cætera que putãtur bona secũdũ voluptatem corporis. aut scꝺm seculũ data ꝛ illustria obumbrat. Beata plane que non alienis estimatur iudicijs. sed domesticis pãpitur sensibus tanq̃ sui. Judex. Neq; enim popularis opinones pro mercede aliqua requirit

neq; pro supplicō pauet. Itaq; quo mīnūs se q̄
tur gloriam eo magis super eam imminet. Nam
qui gloriam requirunt hīs ea mercēs presen
tium vmbra futurorū est. que impediat vitam
eternam. Quod in euangelio scriptū est. Amē
dico vobis perceperunt mercedem suam. De
hīs scīlicet. qui velut tuba canenti vulgare li
beralitatem suam quam faciunt cū ea paupes
gestaunt. Similiter et de ieiunio. quod ostenta
tionis causa faciunt. Hānt inquit mercedem su
am. Honestatis igitur. est vel misericordiam fa
cere vel ieiunium deferre in abscondito. vt mer
cedem videaris a solo deo tuo querere. non et
iam ab hominibus Nam qui ab hominibus que
rit habet mercedem suam. Qui autem a deo ha
bet vitam eternam quam prestare non potest
nīsi auctor eternitatis. Sicut illud est Amen di
co tibi. Hodie mecum eris in paradiso. vñ expſ
sius scriptura vitam eternā appellauit que sit
beata. vt non hominum opinionibus estiman
dum relinqueretur. sed dīno iudicō omittētur.

Capitulum secundum.

Itaq; philosophi vitam beatam. Alī
in non dolendo. posuerunt vt Jheromi
mꝰ. Alī in rex scīētia vt Crysilꝰ. Qui au
diēs ab Aristotile. a theofrasto mirabiliter lau
datā eē rex scīētiā. solam eam quasi summum

bonū posuit. cum illi eam quasi bonū. non q̄si solū bonum laudauerunt. Alij voluptatem di xerūt vt Epicur⁹. Alij vt Calliphō. a post eum diodorus ita interpretati sunt. vt alter ad volu ptatem. alter ad vacuitatem doloris. consorti um honestatis adiungerēt q̄ sine ea nō possit esse beata vita. zenon stoycus solū a fūmum bonum qđ honestū est. Aristotiles aūt ℓ theo frastus a ceteri peripatheūci in virtute quidem hoc est honestate vitā beatam esse. ꝫ cōpleri ei us beatitudinē etiam corporis. atq; externis bo mis asseruerunt.

¶ Capitulū tercium

Scriptura aūt diuina vitam beatā in co gnicōe posuit diuinitatis a fructu bone opacōis. demq; vtriusq; assercōis euā gelicū suppetit testimoniū. Nam a de scientia ita dicit dñs ihesus. Hec est aūt vita eterna vt co gnoscant te solū verum deum. a quē misisti ihe sum xp̄m. Et de opibus ita respondit. Omis q̄ reliquerit domū vel frēs aut sorores aut patrē aut matrem aut vxorē aut filios. aut agros p pter nomē meū centuplū accipiet a vitam et nam possidebit. Sed ns estimetur hoc recens es se. a prius tractatū a philosophis q̄ in euāge lio p̄dicatum anteriores enī euāgelio philoso phi. Aristotiles a theofrastus vel zenon atq; hieronim⁹ sed posteriores xp̄ianis. Accipiant

q̄ longe ante q̄ philosophoꝝ nomen audiret̄
per os sancti dauid vtrūq; apte videatur exp̄s
sū. Scriptū est ei Beat⁹ homo quē tu eruditeris
dñe et de lege tua docueris eū. Habem⁹ et alibi.
Beatus vir q̄ timet dñm. i mandatis ei⁹ cupiet
nimis. docuim⁹ de cognic̄oe cui⁹ p̄mū eternita
tis fructū cē memorauit. Adicies ꝓpheta q̄ in
domo huiꝰ timentis dñm l̄ eruditi in lege. et cupi
ens i mādatis dñi gloria et diuicie. et iustitia
eius manet in seculū seculi. De opibus quoq; i
eodem psalmo subiunxit vite eterne suppetere
premium viro iusto. Denq; ait. Beatus vir q̄
miseretur et cōmodat. disponet sermones suos
in iudicio. quia in seculum non cōmouebitur.
in memoria eterna erit iustus. Et infra. disper
sit dedit paupibus. iustitia eius manet imeter
num. Habet ergo vitam eternam fides q̄ fun
damentum est bonū. habent et bona facta. q̄ vi
iustus a dictis et reb⁹ probatur. Nam et si exer
citatus sit in sermonib⁹. et desidiosus in opibus
prudētiam suā factis ꝓpellit. Et grauiꝰ ē scīe q̄d
facias nec fecisse q̄d faciendo cōgueris. Coñ q̄
strēnuū cē i opibz. affectū infidū. ita ē ac si vitio
so fundamēto. pulchra culminū velis elcuare fa
stigia. quo plus struxeris plus corruit. q̄ sine
mumimēto fidei opera non possunt manē. Infi
da statio importu nauem perforat et arenosum

solum cito cedit nec potest imposite edificacois
sustinere onera. Ibi ergo plenitudo premij vbi
virtutū pfectio a quedā in factis atq; dictis eq̄
litas sobrietatis.

Capitulum.g.

ST qm̄ sola rerum sciētia explosa est l' quasi inanis sedm philosophie disputacōnes supfluas. vel quasi semi pfecta sententia. Cōsideremꝰ q̄p enodem de eo scriptura diuina absoluat sententiā. de quo tam mlt̄iplices. a implicatas at confusas videmꝰ questiones esse philosophie. Nichil enim bonū scriptura nisi quod honestū asserit. virtutēq; in oi rerū statu beatā iudicat. que neq; augeatur tomis corporis vel extremis. neq; minuatur aduersis. Nichil tā beatum. nisi qđ a peccato alienū sit. plenū innocētie repletū gracie dei. Scriptū est enim. Beatus vir qui nō abiit in consilio impioꝝ. a in via peccatoꝝ non stetit. a i cathedra pestilētie non sedit. sed in lege dñi fuit voluntas eius. Et alibi. Beati immaculati in via. qui ābulant in lege dñi. Innocētia igitur a sciētia. beatū faciunt. bone quoq; opacōis mercedem cē beatitudinē vite eterne. superiꝰ aduertimꝰ

Capitulū.7.

QEstat igitur vt spreto patrocinio voluptatis aut doloris metu quoꝝ alterū quasi infractū a mollicul̄ alterū quasi euiratum a infirmū despuāt. i ipis

doloribꝰ vitam beatam eminere demõstrem Q8
facile doceri potest. cũ legerimus beati estis cũ
vobis maledixerint a psequẽtur. et dixerint omne
malum aduersus vos ꝓpter iusticiam. gaudete
a exultate qm̃ merces vestra copiosa est in cel
Sic enim psecuti sunt a ꝓphetas qui erant ante
vos. Et alibi. Qui vult venire post me tollat cru
cem suam a sequatur me. Est ergo beatitudo in
doloribus quos plena suauitatis virtus conpri
mit a cohercet ipa sibi domesticis opibus habũ
dans. vel ad conscientiam vel ad gratiam. Neq;
enim pax beatus moyses. cũ egiptiorum valla
tus populis. a mari clausus p fluctꝰ sibi a popu
lo patrum pdestrem viã pris meritis inuenis
set. Qñ autem fortior ꝙ tunc cũ extremis circũ
uentus periculis nõ desperabat salutem sed exige
bat triũphum. Quid aaron quãdo beatorem se
credidit ꝙ tũc. qñ medius stetit inter vivos ac
mortuos. a obiectu sui statuit mortem. ne ad vi
uos trãsiret agmina a cadaueribꝰ mortuorum
Quid de puero daniel loquor. qui tam sapiens
erat vt inter leones fame exasperatos nulla be
stialis semtie frangeretur formidie. Ita alieꝰ
a metu vt possꝫ epulari nec vereretur. ne ad pastũ
exẽplo sui feras ꝓuocaret. Est ꝙ aĩ doloe vtꝰ q̃
sibi bone suauitatẽ exhibeat oscie a ideo indicõ ẽ
ꝙ nõ minuat dolor vtutis voluptatẽ. Ca. G;

